







GEOGRAPHI
SCRIPTORES
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE-FIRENZE
RACCOLTA NENCINI
ALDINI
III
2
27












BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE-FIRENZE
ALDINI
III
2
27
RACCOLTA NENCINI


OTIVM
SINE LITERIS
MORS EST
Seneca
Ex Libris Ioannis Nencini
1872

G. Vanzini
1860

Brunet f. 6 à 15







POMPONIVS MELA.

IVLIVS SOLINVS.

ITINERARIVM ANTONINI AVG.

VIBIVS SEQVESTER.

P. VICTOR *de regionibus urbis Romæ.*

Dionysius Afer de situ orbis Prisciano Interprete.



FRANCISCVS ASVLANVS

LECTORI S.

TANTA est iuuandæ rei literariæ auita quædam in nobis cupiditas: ut sicubi operam nostram ab hominibus studiosis desiderari sentimus: protinus omnẽ diligentiam in eam partem nulla sumptus aut laboris ratione habita conferre conemur. Vt igitur è nostra officina (sicuti reliqua solent) Pomponius Mela, Solinus, & alij quoq; hoc uolumine comprehensi, castigatiores aliquando exirent: id egimus, ut satis multæ, quibus obsiti erant mendæ, quasi uepres de pulcherrimo agro, quoad eius fieri posset, tollerentur. itaq; uos hortor, obsecrorq́;, ut literis summo studio, summaq́; industria incumbatis: ne ue patiamini tot exhaustos labores: quos (ut olim Aldus Sororius meus), Andreas pater, ego, & Federicus frater quotidie uestræ utilitati destinamus, auersa (ut aiunt) minerua perire.

Valete.

POMPONII MELAE DE SITV ORBIS LIBER PRIMVS.

PROHOEMIVM.

O RBIS SITVM dicere aggredior, impeditum opus, & facundiæ minime capax. constat enim ferè gentium locorumq; nominibus, & eorum perplexo satis ordine, quẽ persequi longa est magis, quàm benigna materia. uerum aspici tamen cognosciq; dignissimum, & quod, si non ope ingenij orantis, at ipsa sui contemplatione pretium operæ attendentiũ absoluat. dicam autem aliâs plura, & exactius. nunc autem ut quæq; erunt clarissima, & strictim. Ac primo quidem quæ sit forma totius, quæ maximæ partes, quo singulæ modo sint, utq; habitentur, expediã. Deinde rursus oras omniũ, & litora ut intra, extraq; sunt, atq; ut ea subit, ac circunluit pelagus. Additis quæ in natura regionũ, incolarumq; memoranda sunt. id quo facilius sciri possit, atq; accipi, paulo altius summa repetetur.

Mundi in quatuor partes diuisio. Cap. I.

O MNE IGITVR Hoc quicquid est, cui mundi cœliq; nomen indidimus, unum id est, & uno ambi-

tu se, cunctaq; amplectitur. Partibus differt, unde sol oritur, Oriens nuncupatur, aut Ortus. quo demergitur, Occidens, uel Occasus. qua decurrit, Meridies. ab aduersa parte Septentrio. huic medio terra sublimis cingitur undiq; mari, eademq; in duo latera, quæ Hemisphæria nominantur, ab oriente diuisa ad occasum, Zonis quinq; distinguitur. mediam æstus infestat, frigus ultimas. Reliquæ habitabiles paria agunt anni tempora, uerum non pariter. Antichthones alteram, alteram nos incolimus. Illius situs ob ardorem intercedentis plagæ incognitus, huius dicendus est. Hæc ergo ab ortu porrecta ad occasum, et (quia sic iacet) aliquãto quàm ubi latissima est, longior, ambitur omnis oceano, quatuorq; ex eo maria recipit. unum ab septentrione, à meridie duo, quartum ab occasu. suis locis illa referentur. Hoc primum angustum, nec amplius decem millibus passuũ patens, terras aperit, atq; intrat, tum longe lateq; diffusum abigit uaste cedentia litora, ijsdemq; ex diuerso propè coeuntibus adeo in arctum agitur, ut minus mille passibus pateat. Inde se rursus, sed modice admodum laxat, rursusq; etiam quàm fuit arctius, exit in spatium. Quo cum est acceptum ingens iterum & magno se extendit ambitu, & paludi cæterum exiguo ore coniungitur. Id omne qua uenit, quaq; dispergitur, uno uocabulo nostrum mare dicitur. Angustias introitumq; uenientis nos fretum, græci πορθμὸν appellant. qua diffunditur alia alijs locis cognomina acceptat. ubi primum se arctat, Hellespontus uocatur, Propontis ubi expandit. ubi iterum pressit, Thracius Bosphorus. ubi iterũ effundit,

pontus Euxinus. Qua paludi committitur, Cimerius Bosphorus. palus ipsa, Mœotis. Hoc mari, et duobus inclytis amnibus Tanai, & Nilo, in tres partes uniuersum diuiditur. Tanais a septentrione ad meridiem uergens in mediam fere Mœotida defluit, & ex diuerso Nilus in pelagus. Quod terarum iacet a freto ad ea flumina ab altero latere, Africam uocamus, ab altero Europen, ad Nilum Africam, ad Tanain Europen. Vltra quicquid est, Asia est. Tribus hác è partibus tangit oceanus, ita nominibus, ut locis differens. Eous ab oriente, à meridie Indicus, à septentrione Scythicus. Ipsa ingenti ac perpetua fronte uersa ad orientem tantum ibi se in latitudinem effundit, quantum Europa, et Africa. et quod inter ambas pelagus immissum est. Inde cum aliquatenus solida processit ex illo oceano, quem Indicum diximus, Arabicum mare, et Persicum, ex Scythico Caspiū recipit, & ideo qua se recipit angustior. Rursus expanditur, & fit tam lata quam fuerat, deinde cum iam in suū finem aliarumq; terarum confinia deuenit, media nostris æquoribus excipitur, reliqua altero cornu pergit ad Nilum, altero ad Tanain. ora eius cum alueo Nili amnis, ripis descendit in pelagus, & diu sicut illud incedit, ita sua litora porrigit, deinde fit uenienti obuiam, & primum se ingenti ambitu incuruat, post se ingenti fronte ad Hellespōticum fretum extendit, ab eo iterum obliquat ad Bosphorum, iterumq; ad Ponticum latus curua, aditum Mœotidos transuerso margine attingit. Ipsa gremio ad Tanain usq; complexa fit ripa, qua Tanais est. In ea primos hominū

ab oriente accipimus Indos, & Seres, & Scytas. Seres media fermè Eoæ partis incolunt, Indi ultima. ambo late patentes, neq; in hoc tantũ pelagus effusi, spectant enim etiam meridiem Indi, oramq; Indici maris, nisi qua æstus inhabitabilem efficiunt, diu continuis gentibus occupant. spectant & septentrionem Scythæ, ac litus scythicum, nisi unde frigoribus arcentur, usq; ad Caspium sinum possidẽt. Indis proxima est Ariacne, Deinde Aria, & Cedrosis, et Persis ad sinum Persicum. hunc populi Persarum ambiunt. Illum alterũ Arabes, ab ijs, quod in Africam restat, Aethiopũ est. Illic Caspiani Scytis proximi, sinum Caspiũ cingunt. ultra Amazones, ultráq; eas Hyperborei esse memorantur. Interiora terarum multæ uariæq; gentes habitant, Gandari, & Pariani, et Bactri. Susiani, Pharmacotrophi. Bomarei. Coamani. Rophanes. Daae. Super Scytas Scytarumq; deserta, ac super Caspiũ sinũ Comari. Massagetæ. Cadusij. Hircani. Iberi, super Amazonas & Hyperboreos Cimmerij. Scythæ. Eniochi. Georgi. Moschi. Corsitæ. Phoristæ. Riphaces. atq; ubi in nostra maria tractus excedit, Mario, Antibarani, & notiora iã nomina, Medi, Armenij, Comageni, Murrani, Vegeti, Cappadoces, Gallogræci. Lycaones, Phryges. Pisydæ, Isauri, Lydi, Syrocilices. rursus ex ijs quæ meridie spectant, eædemq; gentes interiora litora tenent usq; ad sinum persicum. Super hunc sunt Parthi, et Assyrij. Sup illũ alterũ Babylonij. Et super Aethiopas Aegypti, ripis Nili amnis, & mari proximi ijdem Aegyptij possident. Deinde Arabia angusta fronte sequentia litora attingit. Ab ea usq; ad

flexum illum, quem supra retulimus, Syria, & in ipso flexu, Cilicia, extra autem, Lycia, et Pamphilia. Caria. Ionia. Aeolis. Troas usq; ad Hellespontum. ab eo Bithyni sunt ad Thracium Bosphorum. Circa pontum aliquot populi alio alioq; fine, omnes uno nomine Pontici dicuntur, ad lacum Mæotici, ad Tanaim Sauromatæ.

Summa Europæ descriptio. Cap. II.

e VROPA TERMINOS habet ab oriente Tanain, & Mæotida, & pontum, à meridie reliqua nostri maris, ab occidente Atlanticum, à septentrione Britannicum oceanum. Ora eius forma litorum. Tanais ad Hellespontum, qua ripa est dicti amnis, qua flexum paludis ad ponticum redigit. qua propontidi ab Hellesponto latere adiacet, contrarijs litoribus Asiæ non opposita modo, uerum etiam similis est. Inde ad fretum nunc uaste retracta, nunc prominens tres maximos sinus efficit, totidemq; se in altum magnis frontibus euehit. extra fretum ad occidentem inæqualis admodum præcipue media quæ procurrit ad septentrionem, nisi ubi semel iterumq; grandi recessu abducitur, pene ut directo limite extenta est. Mare, quod primo sinu accipit, Aegæum dicitur. quod sequẽti in ore, Ionium. Adriaticum interius. quod ultimo nos Thuscum, quod graij Tyrrhenũ perhibent. gentium prima est Scythia alia quàm dicta est, à Tanaĩ media fermè pontici lateris. hinc in Aegei partem continens Thraciæ, ac Macedoniæ adiungitur. tum Græ-

cia prominet. Aegeūq; ab Ionio mari dirimit. Adriatici latus Illyris occupat. inter ipsum Adriaticum & Thuscū Italia procurrit. In Thusco intimo Gallia ē. ultra Hispania est. hæc in occidentem deniq; etiam ad septentrionem diuersis frontibus uergit. deinde rursus Gallia est longe, & à nostris litoribus hucusq; promissa. Ab ea Germani ad Sarmatas porriguntur. Illi ad Asiam. Hæc de Europa.

Summa Africæ descriptio. Cap. III.

a FRICA AB Orientis parte Nilo terminata, pelago à cæteris, breuior est quidem quàm Europa, quia nec usquam Asiæ, et non totis huius litoribus obtenditur. longior tamen ipsa quàm latior, & qua ad fluuium attingitur, latissima. Vtq; inde procedit, ita media præcipue in iuga exurgens pergit incurua ad occasum, fastigiatq; se molliter, & ideo ex spatio paulatim adductior. ubi finitur, ibi maxime angusta est. quantum incolitur eximie fertilis est, uerum quod pleraq; eius inculta, & aut harenis sterilibus obducta, aut ob situm cœli terarumq; deserta sunt, aut infestantur multo ac malefico genere animalium, uasta est magis quàm frequens. mare, quo cingitur à septentrione, Libycum. à meridie Aethiopicū. ab occidētem Atlanticum dicimus. Ab ea parte, quæ Libyco adiacet, proxima Nilo prouincia, quam Cyrenas uocant. Deinde cui totius regionis uocabulo cognomen inditum est. Africa. cætera Numidæ, et Mauri tenent. sed Mauri in Atlanticum pelagus expositi. ultra Ni-

gritæ sunt & Pharusij, usq; ad Aethiopas. hi & reliqua huius, & totum latus, quod meridiem spectat, usq; in Asiæ confinia possidēt. At super ea, quæ Libyco mari abluuntur, Libyes Aegyptij sunt, et Leuco Aethiopes, & natio frequens multiplex'q; Getuli. deinde late uacat regio perpetuo tractu inhabitabilis. tum primos ab oriente Garamantas, post Angilas & Troglodytas, et ultimos ad occasum Atlantas audimus. Intra (si credere libet) uix iam homines magis'q; semiferi Aegypanes, & Blemmyæ, et Gamphasantes, & Satyri sine tectis ac sedibus passim uagi habent potius teras, quàm habitent. Hæc summa nostri orbis, hæ maximæ partes. hæ formæ gentes'q; partium. Nunc exactius oras, situs'q; dicturo inde est cómodissimum incipere, unde teras nostrum pelagus ingreditur. Et ab ijs potissimū, quæ influenti dextra sunt. Deinde stringere litora ordine, quo iacent, peragratis'q; omnibus quæ mare attingunt, legere etiam illa quæ cingit oceanus, donec cursus incepti operis intra, extra'q; circunuectus orbem illuc, unde cœperit, redeat.

Particularis Africæ descriptio. Cap. IIII.

d ICTVM EST Atlanticum esse oceanum, qui teras ob occidente contingeret. hinc in nostrum mare pergentibus læua Hispania. Mauritania dextra est. Primæ partes illæ Europæ, hæ Africæ. eius oræ finis Mulucha, caput, atq; exordium est promontorium quod græci ἀμπελούσιαν, Afri aliter, sed idem signi

cante uocabulo appellant. In eo est specus Herculi sacer, & ultra specum Tinge oppidum peruetus ab Anteo (ut ferunt) conditum. Extat rei signum parma elephantino tergore executo ingens, et ob magnitudinem nulli nunc usuro habilis, quàm locorum accolæ ab illo gestatam pro uero habent, traduntq;, & inde eximie colunt. deinde est mons præaltus ei, quem ex aduerso Hispania attolit obiectum, hunc Abylam, illum Calpen uocant columnas Herculis utrunq;. addit fama nominis fabulam. Herculem ipsum iunctos olim perpetuo iugo diremisse colles, atq; ita exclusum antea mole montium oceanum, ad quæ nunc inundat, admissum. hinc iam mare latius funditur, summotasq; uastius terras magno impetu inflectit. cæterum regio ignobilis, & uix quicquam illustre sortita paruis oppidis habitatur, parua flumina emittit, solo quàm uiris melior, & segnitie gentis obscura. ex ijs tamen, quæ cõmemorare non piget. montes sunt alti, qui continenter, & quasi de industria in ordinem expositi ob numerum septem, ob similitudinem fratres uocantur. tum Vada fluuius, & Rusigada, & Siga paruæ urbes, & portus, cui magno est cognomen ob spatium. Mulucha ille, quem diximus, amnis est, nunc gentiũ, olim regnorum terminus Bocchi, Iugurthæq;. ab eo Numidia ad ripas exposita fluminis Ampsagæ spatio quidem quàm Mauritania angustior est, uerum & culta magis & ditior. urbium, quas habet, maximæ sunt Cyrtha procul à mari, nunc Sittianorum colonia, quondam regum domus Iubæ, & Siphacis, cũ foret opulentissima. Iol ad mare aliquando igno

bilis, nunc quia Iubæ regia fuit, & quod Cæsarea uocitatur, illustris. citra hanc (nam in medio fermè litore sita est). Cartenna & Arsenaria sunt oppida, et Ampsa castellum et Laturus sinus, & Sardabale fluuius ultra monimentum commune regiæ gentis. deinde Icosium & Vthisia urbes & effluentes inter eas Ancus, & Nabar, aliaq; quæ taceri nullum rerum famæue dispendium est. interius & longe satis à lito re, si fidem res capit, mirum admodum, spinæ piscium, muricum, ostrearumq; fragmenta, scissa & attrita uti solent fluctibus, & non diferentia marinis, infixæ cautibus anchoræ, & alia huiusmodi signa atq; uestigia effusi olim usq; ad ea loca pelagi, in campis nihil alentibus esse inueniriq; narrantur. regio, quæ sequitur à promontorio Metagonis ad aras Philenorum propriæ nomen Africæ usurpat. In ea sunt oppida Hipporegius, & Rusicade, & Tabraca. deinde tria promontoria, Candidũ. Apollinis, et Mercurij, uaste proiecta in altum, duos grandes sinus efficiunt, Hipponensem uocant proximum ab hippone diarrhyto, quod litori eius appositũ est. in altero sunt castra Lælia, castra Cornelia. flumẽ Bragada, Vtica, & Carthago, ambæ inclytæ, ambæ à Phœnicibus cõditæ, illa fato Catonis insignis, hæc suo, nunc Po. Ro. Colonia, olim imperij eius pertinax æmula. iam quidem iterum opulenta, etiam nunc tam priorum excidio rerum, quàm ope præsentium clarior. Hadrumetum. Leptis. Clupea. Abrotonum, Taphiæ. Neapolis hinc ad Syrti adiacent, ut inter ignobilia celeberrimæ. Syrtis sinus est centum ferè millia passuum, qua

mare accipit patens, trecenta qua cingitur. uerum importuosus atq; atrox, & ob uadorum frequentium breuia, magisq; etiam ob alternos motus pelagi affluentis, & refluentis infestus. super hunc ingens palus amnem Tritona recipit. ipsa Tritonis. unde & Mineruæ cognomen inditum est, ut incolæ arbitrantur ibi genitæ, faciuntq; ei fabulæ aliquam fidem, quod quem natalem eius putant, ludicris uirginum inter se decertantium celebrant. ultra est Oea oppidum, et Cinyps fluuius per uberrima arua decidens. tum Leptis altera, & Syrtis nomine atq; ingenio par priori. cæterum altero ferè spatio, qua dehiscit, quaq; flexum agit amplior. eius promontorium est Borion, ab eoq; incipiens ora, quam Lotophagi tenuisse dicuntur usq; ad Phycunta, & id promontorium est importuoso litore pertinax. Aræ ipsæ nomen ex Philenis fratribus traxere, qui contra Cyrenicos missi Carthagine ad dirimendum conditione bellum diu iam de finibus, & cum magnis amborum cladibus gestum. Postquam in eo quod conuenerat non manebatur, ut ubi legati concurrerent certo tempore utrinq; dimissi, ibi termini statuerentur, pacti de integro ut quicquid citra esset, popularibus cederet, mirum & memoria dignissimum facinus, hic se uiuos obrui pertulerunt. Inde ad Catabatmon Cyrenaica prouincia est, in eaq; sunt Hammonis oraculum fidei inclytæ, & fons, quem solis appellant, & rupes quædam Austro sacra. Hæc cum hominum manu attingitur, ille immodicus exurgit, harenasq; quasi maria agens sic sæuit, ut æquor fluctibus. fons media nocte feruet, mox pau

latim tepeſcens fit luce frigidus, tunc ut ſol ſurgit ita frigidior, ſubinde per meridiem maxime riget. ſumit deinde tepores iterum, & prima nocte calidus, atq; ut illa procedit, ita calidior. rurſus cum eſt media, perferuet. In litora promontoria ſunt Zephyrion, et Nauſtathmos portus Paretonius. Vrbes Heſperia, Apollonia. Ptolemais. Arſinoe. atque unde teris nomen eſt, ipſa Cyrene, Catabathmos uallis deuexa in Aegyptum, finit Africam. oræ ſic habitantur ad noſtrum maxime ritum moratis cultoribus, niſi quod quidam linguis differunt, & cultu deorum quos patrios ſeruant, ac patrio more uenerantur. proximis nullæ quidem urbes ſtant, tamen domicilia ſunt, quæ Mapalia appellantur, uictus aſper, & munditijs carens. Primores ſagis uelantur, uulgus beſtiarũ pecudumq́; pellibus, humi quies, epulæq; capiuntur. uaſa ligno fiunt, aut cortice. potus eſt lac, ſuccusq́; baccarum, cibus eſt caro plurimum ferina. nam gregibus (quia id ſolum optimum eſt), quoad poteſt, parcitur. Interiores etiam incultius, ſequuntur uagi pecora, utq; à pabulo ducta ſunt, ita ſe ac tuguria ſua promouent, atque ubi dies deficit, ibi noctem agunt, quanquam in familias paſſim & ſine lege diſperſi, nihil in commune conſultant, tamen quia ſingulis aliquot ſimul coniuges, et plures ob id liberi agnatiq; ſunt, nuſquam pauci. ex his qui ultra deſerta eſſe memorantur, Atlantes ſolem execrantur, & dum oritur, & dum occidit, ut ipſis agrisq́; peſtiferum. nomina ſinguli non habent, non ueſcuntur animalibus, neque illis in quiete qualia cæteris mortalibus uiſere datur. Troglo

dytæ nullarum opũ domini, strident magis, quàm loquantur, specus subeunt, aluntur'q; serpentibus. apud Garamantas etiam armenta sunt ea, quæ obliqua ceruice pascuntur. nam pronis directa in humum cornua officiunt. nulli certa uxor est. ex his qui tam confuso parentum coitu passim incertiq; nascuntur, quos pro suis colant, formæ similitudine agnoscunt. Augilæ manes tantum deos putant, per eos deierant, eos ut oracula consulunt, præcatiq; quæ uolunt, ubi tumulis incubuere, pro responsis ferunt somnia. fœminis eorum solenne est, nocte qua nubunt, omnium stupro patere, qui cum munere aduenerint, & tum cum plurimis concubuisse maximum decus, in reliquum pudicitia insignis est, Nudi sunt Gamphasantes, armorum'q; omnium ignari, nec uitare sciunt tela, nec iacere, ideóq; obuios fugiunt, neq; aliorum quàm quibus idem ingenij est, aut congressus, aut colloquia patiuntur Blemyis capita absunt, uultus in pectore est. Satyris præter effigiem nihil humani. Aegypanum quæ celebratur ea forma est. Hæc de Aphrica.

Asiæ descriptio particularis. Cap. V.

a SIAE PRIMA PARS Aegyptus, inter Catabathmon et Arabas, ab hoc litore penitus immissa donec Aethiopiam dorso contingat. ad meridiem refugit tera expers imbrium mire tamen fertilis, et hominum aliorũq; animaliũ perfœcunda generatrix. Nilus efficit amniũ in nostrum mare pmeantium maximus.

tium maximus. hic ex desertis Africæ missus nec statim nauigari facilis, nec statim Nilus est, & cum diu simplex sæuusq; descendit, circa Meroen late patentem insulam in Aethiopiam diffunditur, alteraq; ex parte Astaboras, altera Stapus dictus est. ubi rursus coit, ibi nomen hoc capit, inde partim asper, partim nauigia patiens, in immanem lacum deuenit, ex quo præcipiti impetu egressus, & Tachempso alterá insulam amplexus usq; ad Elephantidem urbẽ ægyptiam atrox adhuc feruensq; decurrit. tum demum placidior, & iam penè nauigabilis, primum iuxta Certasorum oppidum triplex esse incipit. deinde iterumq; diuisus ad Delta, & ad Melim per omnem Aegyptũ uagus atq; dispersus, septemq; ora in se scindens, singulis tamen grandis euoluitur. non pererrat autem tantum eam, sed æstiuo sydere exundãs etiã irrigat, adeo efficacibus aquis ad generandum alendumq; ut præter id, quod scatet piscibus, quod hippopotamos crocodilosq; uastas belluas gignit, glebis etiã infundat animas, ex ipsaq; humo uitalia effingat. hoc eo manifestum est, quod ubi sedauit diluuia, ac se sibi reddidit, per humentes campos quædam nondum perfecta animalia, sed tum primum accipientia spiritum, & ex parte iam formata, ex parte adhuc terrea uisuntur. crescit porrò, siue quod solute magnis æstibus niues ex immanibus Aethiopiæ iugis, largius quàm ripis accipi queant, defluunt, siue quod sol hyeme terris propior, & ob id fontem eius minuens tunc altius abit, sinitq; integrum, et ut est plenissimus surgere, siue quod per ea tempora flantes ethesiæ aut

actas à septentrione in meridiem nubes, super principia eius imbre præcipitant, aut uenienti obuiæ aduerso spiritu cursum descendentis impediunt, aut arenis, quas cum fluctibus litori applicant, ostia obducunt, fitq; maior, uel quod nihil ex semet amittit, uel quod plus quàm solet accipit, uel quod minus quã debet, emittit. quod si est alter orbis, suntq; oppositi nobis à meridie Antichthones, ne illud quidẽ à uero nimium abscesserit, in illis terris ortum amnem, ubi subter maria cæco alueo penetrauerit, in nostris rursus emergere, & hac re solstitio accrescere, quod tum hyems sit, unde oritur. alia quoq; in his terris mira sunt. in quodã lacu Chemnis insula lucos, syluasq; & Apollinis grande sustinens templum natat, & quocunq; uenti agunt, pellitur. pyramides tricenum pedum lapidibus extructæ, quarum maxima (tres nanq; sunt) quatuor ferè soli iugera, quæ sedem occupat, totidem in altitudinem erigitur. Mœris aliquãdo campus nunc lacus uiginti millia passuum in circuitu patens, altior quàm ad nauigandũ magnis, onustisq; nauibus satis est. Psammetichi opus labirynthus domos mille et regias duodecim perpetuo parictis ambitu amplexus marmore extructus, ac tectus, unum in se descensum habet. intus penè innumerabiles uias multis ambagibus huc & illuc remeantibus, sed continuo anfractu & sæpe reuocatis porticibus ancipites. quibus subinde alium super alios orbem agentibus, & subinde tantum redeunte flexu, quantum processerat, magno & inexplicabili tamen errore perplexus est. Cultores regionum multo aliter à cæteris a-

gunt. mortuos fimo obliti plangunt, nec cremare, aut fodere fas putant, uerum arte medicatos intra penetralia collocant. Suis literis peruerse utuntur. lutum inter manus, farinam calcibus subigunt. Forum ac negotia fœminæ, uiri pensa ac domos curant. onera illæ humeris, hi capitibus accipiunt. parētes, cum egent, illis necesse est, his liberum est alere. cibos palàm & extra sua tecta capiunt, obscœna intimis ædium reddunt. colunt effigies multorum animalium, atq; ipsa magis animalia. sed alij alia, adeo ut quædam eorum etiam per imprudentiam interemisse capitale sit. & ubi morbo aut forte extincta sint, sepelire ac lugere solenne sit. Apis populorum omnium numen est. bos niger certis maculis insignis, & cauda linguáq; dissimilis aliorum, raro nascitur, nec coitu pecudis, ut aiūt, sed diuinitus & cœlesti igne conceptus, diesq;, quo gignitur, genti maxime festus est. Ipsi uetustissimi (ut prædicant) hominum trecentos & triginta reges ante Amasim, & supra tredecim millium annorū ætates certis ānalibus referunt. mādatumq; literis seruant, dum Aegyptii sunt quater cursus suos uertisse sydera, ac solem bis iam occidisse, unde nunc oritur. uiginti millia urbium Amasi regnante habitarūt, & nūc multas habitant. earū clarissimæ, procul à mari, Says. Mēphis. Syene. Bubastis. Elephātin. et Thebæ utiq;, ut Homero dictum est, centum portas, siue, ut alij aiunt, centum aulas habent, totidem olim principum domos, solitasq; singulas ubi negotiorum exegerat, dena armatorū millia effundere. In litore Alexandria Africæ contermina. Pelusium Arabiæ ipsas

oras secat. Canopicum. Volbiticum. Seueniticum. Pathmiticum. Mendesium. Taniticum. Pelusiacum Nili hostia.

Arabiæ descriptio. Cap. VI.

a Rabia hinc ad rubrum mare pertinet, sed illic magis læta et ditior, thure atq; odoribus abūdat. hic nisi qua Casio monte attollitur, plana & sterilis portum admittit Azotum suarū mercium emporium. Qua in altum abit adeo edita, ut ex summo uertice à quarta uigilia ortum solis ostentet.

s Yria late litora tenet, terrasq; etiam latius, introrsus alijs, alijsq; nuncupata nominibus, nā et Cœle dicitur, et Mesopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonia, & Iudæa & Sophone. hinc Palæstina est, qua tangit Arabas cum Phœnice, & ubi se Ciliciæ committit. Antiochia olim ac diu potens, sed cum eam regno Semiramis tenuit longe potentissima, operibus certe eius insignia multa sunt, duo maxime excellunt, constituta urbs miræ magnitudinis Babylon, ac siccis olim regionibus Euphrates & Tygris immissi. cæterum in Palæstina est ingens & munita admodum gaza, sic Persæ ærarium uocant, & inde nomen est, quod cum Cambyses armis Aegyptum peteret, huc belli opes, & pecuniam intulerat. Est non minor Ascalon. est Iope ante diluuium, ut ferunt condita ubi Cephea regnasse eo signo accolæ affirmant, quod titulum eius fratrisq; Phinei ueteres quædam aræ cum religione

plurima retinent, quin etiam rei celebratæ carminibus, ac fabulis, seruatæq; à Perseo Andromedæ clarum uestigiũ belluæ marinæ ossa immania ostẽtant.

p Hœnicen illustrauere Phœnices, solers hominum genus & ad belli, pacisq; munia eximium, literas & literarum operas, aliasq; etiã artes, maria nauibus adire, classe confligere, imperitare gentibus, regnum, præliumq; commenti. In ea est Tyros aliquando insula, nunc annexa terris de ficit, quod ab impugnante quondam Alexandro iacta opera uia tenet ulteriora. & adhuc opulenta Sydon ante quàm à Persis caperetur, maritimarum urbium maxima. ab ea ad promontorium Euprosopon duo sunt oppida Byblos & Botrys, ultra tria fuerunt singulis inter se stadijs distantia. locus ex numero Tripolis dicitur. tum Simyra castellum, et urbs non obscura Marathos. inde iam non obliqua pelago, sed aduersa adiacens à terra grandem sinum inflexo tractu litoris accipit. populi dites circunsident. situs efficit, quia regio fertilis, crebris & nauigabilibus alueis fluminum peruia, diuersas opes maris atq; terrarum facili commertio permutat ac miscet. In eo prima est reliqua pars Syriæ, cui Antiochiæ cognomen additur, & in ora eius urbes Seleucia, Paltos, Berytos, Ladicea, Arados, amnesq; inter eas eunt Lichos & Hypatos & Orontes. Tum mons Amanus, & ab eo statim Myriandros & Cilices. at in recessu intimo locus est magno aliquando discriminis fusorum ab Alexandro Persarum, fugientisq; Darij spectator ac testis. nunc ne minima quidem tunc ingenti

urbe celebris Issos fuit, et hac re sinus Issicus dicitur, procul inde Amnodes promontorium inter Pyramum, Cydnumq́; fluuios iacet. Pyramus Isso prior Mallon præterfluit. Cydnus ultra per Tarsum exit. deinde urbs est olim à Rhodijs, Arguisq́; post piratis, Pompeio assignante possessa. nunc Pompeiopolis, tunc Soloe. Iuxta in paruo tumulo Arati poetæ monimentum ideo referendum, quia ignotũ, quã ob causam iacta in id saxa dissiliunt. Non longe hinc Coricos oppidum portu, saloq; incingitur angusto tergore continenti adnexum. supra specus est nomine Corytius singulari ingenio ac supra quàm ut describi facile possit, eximius. grandi nanq; hiatu patens, montem litori appositum, & decem stadiorum cliuo satis arduum, ex summo statim uertice aperit, tunc alte demissus, & quantum demittitur amplior uiret lucis pubentibus undiq;, & totum se nemoroso laterum orbe complectitur, adeo mirificus, ac pulcher, ut mentes accedentium primo aspectu consternat. ubi contemplati durauere, non satiat. unus in eum descensus est angustus asper quingentorũ & mille passuum per amœnas umbras & opaca syluæ quiddam agreste resonantis, riuis hinc atq; illinc fluitantibus. ubi ad ima peruentum est, rursus specus alter aperitur ob alia dicendus. terret ingredientes sonitu cymbalorum diuinitus et magno fragore crepitantium. deinde aliquã diu perspicuus. mox & quo magis subitur obscurior. ducit ausos penitus, alteq́; quasi cuniculo admittit. ibi ingens amnis ingenti fronte se extollens tantummodo se ostendit, et ubi magnum impetum breui alueo tra

xit, iterum demerſus abſconditur. intra ſpatiũ eſt ma
gis quàm ut progredi quiſquam auſit horribile, &
ideo incognitum. totus autem anguſtus & uere ſacer,
habitariq; à dijs & dignus. & creditus nihil non ue
nerabile & quaſi cum aliquo numine ſe oſtentat.
Alius ultra eſt, quem Typhoneum uocant ore angu=
ſto, & multum (ut experti tradidere) preſſus, et ob id
aſſidua nocte ſuffuſus, neq; unquam perſpici facilis,
ſed quia aliquando cubile Typhonis fuit, & quia
nunc demiſſa in ſe confeſtim exanimat, natura, fabu-
láq; memorandus. duo deinde promontoria ſunt Sar
pedon finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ci
liciam à Pamphilia diſiungit. Anemuriũ, interq; ea
Celenderis & Natidos Samiorum coloniæ. ſed Celen
deris Sarpedoni propior. In Pamphilia eſt Melas na
uigabilis fluuius, oppidum Sida, et alter fluuius Eury
medon. magna apud eum Cymonis Atheniẽſium du
cis aduerſus Phœnicas & Perſas naualis pugna atq;
uictoria fuit. mare, quo pugnatum eſt, ex edito admo=
dum colle proſpectat Aſpendos, quam Argiui condi=
derant, poſſedere finitimi. deinde alij duo ualidiſſi-
mi fluuij Oeſtros & Catheractes. Oeſtros nauigari
facilis. hic quia ſe præcipitat, ita dictus. Inter eos Per
ga eſt oppidum, et Dianæ, quam ab oppido Pergeam
uocant, templum. trans eoſdem mons Sardemiſos et
Phaſelis à Mopſo condita finis Pamphiliæ. Lycia con
tinuo cognominata à Lyco rege Pandionis filio, atq;,
ut ferũt, infeſtata olim chimæræ ignibus. Sydæ por
tu & Tauri promontorio grandem ſinum claudit.
Taurus ipſe ab eois litoribus exurgens uaſte ſatis at

tollitur. deinde dextro latere ad septentrionem, sinistro ad meridiem uersus it in occidentem rectus, & perpetuo iugo, magnarum'q; gentiũ, qua dorsum agit, terminus. ubi terras dirimit, exit in pelagus. idem autem & totus ut dictus est, dicitur etiam qua spectat orientem. deinde Hæmodes & Caucasus & Paropamisus. tum Caspiæ pilæ, Niphates, & Armeniæ pilæ, et ubi iã nostra maria contingit Taurus iterum. post eius promontorium flumen est Lymira, & eodẽ nomine ciuitas, atq; ut multa oppida, sic præter Pataram non illustria. illam nobilem facit delubrum Apollinis quondam opibus & oraculi fide delphico simile. ultra est Xanthus flumen, et Xanthos oppidum, mons Cragus, et quæ Lyciam finit, urbs Telmisos. Caria sequitur. habitatur incertæ originis. alij indigenas, sunt qui Pelasgos, quidam Cretas existimant, genus usq; eo quondam armorum, pugnæ'q; amans, ut aliena etiam bella mercede agerent. hic castella aliquot sunt. deinde promontoria duo Pedalion et Crya & secundum Calbin amnem Caunus oppidum ualetudine habitantium infame. Inde ad Alicarnasson hæc adiacent. Rhodiorũ aliquot coloniæ. portus duo Gelos, & cui ex urbe, quam amplectitur, Thissamissa cognomen est. inter eos oppidum Larumna et Pandion collis in mare emissus tum tres ex ordine sinus Tymnias. Schenus Bubessus. Tymniæ promõtoriũ Aphrodisiũ est. Schenus ambit Hylã. Bubessus Cynotum. Gnidus in cornu pene insulæ. inter'q; eam & ceranicum sinum in recessu posita Euthenæ. Alicarnassos Arguorum colonia est, et cur memoranda sit præ

ter conditores, Mausoleum efficit regis Mausoli moni=
mentum, unum de miraculis septem Artemisiæ opus.
trans Alicarnasson illa sunt litus Leuca. urbes, Min
dus, Aruanda, Neapolis. sinus Iasus, & basilicus. In
Iaso est Bargylos. Post basilicũ Ionia aliquot se am
bagibus sinuat, & primum à Possideo promontorio
inflexum inchoans cingit oraculum Apollinis di-
ctum olim Branchidæ, nunc Didymi. Miletum urbẽ
quondam Ioniæ totius belli, pacis'q; artibus princi=
pem, patriam Thaletis astrologi & Timothei musi-
ci, & Anaximandri physici, aliorum'q; ciuium incly
tis ingenijs merito inclytam, utcunq; Ioniam uocant
urbem. Hyppin amnis Mæandri exitu. Lathmum
montem Endymionis à luna, ut ferunt adamati fa-
bula nobilem. deinde rursus inflexa cingit urbẽ Prie
nen & Gesi fluminis ostium, mox'q; ut maiore cir-
cuitu, ita plura complectitur. Ibi est Panionium sacra
regio, & ob id eo nomine appellata, quod eam com-
muniter Iones colunt. ibi à fugitiuis, ut aiunt, condi-
ta, nomen famæ annuit Phygela. Ibi Ephesus &
Dianæ clarissimum templum, quod Amazones Asia
potitæ consecrasse traduntur. ibi Caystros amnis. ibi
Lebedos, Clarij'q; Apollinis fanum, quod Mantho Ti
resiæ filia fugiens uictores Thebanorum Epigonos,
& Colophon, quam Mopsus eiusdem Manthos filius
statuit ad promontorium, quo sinus clauditur. quod al
tera parte alium, quem smyrnæum uocant, efficit, an=
gustis'q; ceruicibus reliqua extendit in latius, abit in
peninsulæ faciẽ. super angustias hinc Ceos, illinc Cla
zomena. & quia terga agunt confinio adnexa mari

diuersis frontibus diuersa maria prospectant. In ipsa peninsula est Coryna. in sinu smyrnæo est Thermodon amnis, & urbs Leucæ. extra Phocis Ioniæ ultima proxima regio, ex quo ab Aeolis incoli cœpit, Aeolis facta, ante Mysia, & qua hellespontum attigit, Troianis possidentibus Troas fuit. primam urbem à Myrino conditore Myrinam uocant. sequentem Pelops statuit uicto Oenomao, reuersus ex Græcia. Cymen nominauit, pulsis qui habitarant, dux Amazonum Cyme. supra Caicus inter Eleam decurrit & Pytanem illam, quæ Arcæsilam tulit nihil affirmantis, academiæ clarissimum antistitem. tum in promontorio est Canna oppidum, quod præteruectos sinus excipit non paruus, sed longe ac molliter flexus, retrahensq; paulatim oras usq; ad ima montis Idæ. is primo paruis urbibus aspersus est, quarum clarissima est Cistena, gremio interiore campus Thebæ nomine Adrimetion, Austram, Teressam oppida, eodem, quo dicta sunt ordine, adiacētia continent. in altero latere Antandrum, duplex causa nominis iactatur. alij Ascanium Aeneæ filium, cum ibi regnaret, captum à Pelasgis ea se redemisse commemorant. alij ab ijs putant conditam, quos ex Andro insula uis & seditio exegerat. Hinc hi Antandrum quasi pro Andro, illi quasi pro uiro accipi uolunt. sequens tractus tangit Gargara & Asson Aetolorum colonias. tum sinus alter alchæon limen non longe ab Ilio litora incuruat urbe bello, excidioq; clarissima. hic Sygeum fuit oppidum. hic Achiuorum fuit bellantium statio. huc ab Ideo monte demissus Scamander exit, &

Simois, fama q̃ natura maiora flumina. ipse mons ue tere diuarum certamine & iudicio Paridis memoratus. orientem solem aliter, quàm in alijs terris solet aspici, ostentat. nanq; ex summo uertice eius speculantibus pene à media nocte sparsi ignes passim micare, &, ut lux appropinquat, ita coire, ac se coniũge re uidẽtur, donec magis, magisq; collecti pauciores sub inde, & una ad postremum flamma ardeant. ea cũ diu clara & incendio similis effulsit, cogit se ac rotun dat, & fit ingens globus, diu is quoq; grandis et ter ris adnexus apparet, deinde paulatim decrescens, & quanto decrescit, eo clarior fugat nouissime noctem, et cum die iam sol factus, attollitur. extra sinum sunt rhetæa litora à Rhetæo & Dardania claris urbibus, Aiacis tamen sepulchro maxime illustria. ab his fit arctius mare, nec iam abluit terras, sed rursus diuidens angusto Hellesponti freto, litus obuium findit, facitq; ut iterum terræ, qua fluit, latera sint. interius Bithyni sunt & Mariandynei. in ora graiæ urbes Abydos & Lampsacum & Parion et Priapos. Abydos magni quondam amoris commertio insignis est. Lampsacum Phocæis appellantibus nomen ex eo traxit, quod consulentibus in quasnam terras potissimum tenderent, responsum erat ubi primum fulsisset, ibi sedem capescere. tum rursus fit apertius mare Propontis. In id Granicus effunditur, pugna, quæ primum inter Persas et Alexandrum fuit nobilis. trans amnem sedet in ceruice peninsulæ cizicum, nomen Cizicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, cum Colchos peterent fusum acie, cæsumq; acce-

pimus. post Plagea & Sidace paruæ Pelasgorum colo niæ, quibus à tergo imminet mons Olympus, ut inco læ uocant, Mysus. is flumẽ Rhyndacum in quæ sequũ tur emittit. circa angues nascuntur immanes, neq; ob magnitudinem modo, sed ob id etiam mirabiles, quod ubi in alueum eius, æstus, solem'q; fugerunt, emergũt atq; hiant, superuolantes'q; aues, quamuis alte & per niciter ferantur, absorbent. trans Rhyndacum est Dascylos, et, quam Colophonij collocauere, Myrlea. duo sunt inde modici sinus, alter sine nomine Cion amplectitur Phrygiæ haud longe iacentis opportunissimum emporium, alter Olbianos in promontorio fert Neptuni fanum, in gremio Astacon à Megarensibus conditam. deinde priores terræ iterum iacent, exituriq; in pontum pelagi canalis angustior. Europã ab Asia stadijs quinq; disterminat Thratius, ut dictum est, Bosphorus. Ipsis in faucibus oppidum in ore templũ est. oppidi nomen Chalcedon. author Archias Megarensium princeps, templi numen Iupiter conditore Iasone. hic iam sese ingens pontus aperit, nisi qua promontoria sunt, huc atq; illuc longo, recto'q; limite extensus sinuatus cætera. sed quia contra minus quàm ad læuam & dextram abscessit, mollibus'q; fastigijs, donec angustos utrinq; angulos faciat, inflectitur, ad formam scythici arcus maxime incuruus, breuis, atrox, nebulosus raris stationibus, non molli neq; arenoso circundatus litore, uicinus aquilonibus. et quia non profundus est, fluctuosus atq; feruens, olim ex colentium sæuo admodum ingenio Axenus, post commertio aliarum gentiũ mollitis aliquantum moribus dictus Eu-

xinus. In eo primum Mariandyni urbem habitant ab arguo, ut ferunt, Hercule datam. Heraclæa uocitatur. id famæ fidem adiecit. iuxta specus est Acherusia ad manes, ut aiunt, peruius, atq; inde extractum Cerberum existimant. tum Fios oppidum, Milesiorum quidem colonia, sed iã soli, gentisq; Paphlagonum, quorum in litoribus pene` medijs promontorium est Carambis, citra Parthenius amnis. urbes Sesamus & Cromna, & à Cithisoro Phryxi filio posita Cythoros. tum Cinobus, & Coliris, & quæ Paphlagoniam finit, Armene. Chalybes proximi clarissimas habent Amyson, et Synopen cynici Diogenis patriam, amnes Alyn, & Thermodonta. secundum Alyn urbs est Lycasto. a` Thermodonte campus. In eo fuit Themisyrum oppidum. fuere et Amazonum castra, ideo Amazonũ uocant. Tabereni Chalybas attingunt, quibus in risu, lusuq; summum bonum est. Vltra Carambin Mossynœci turres ligneas subeunt, notis corpus omne persignant. propatulo uescuntur, promiscue concumbunt, & palàm reges suffragio deligunt, uinculisq;, & arctissima custodia tenent, atq; ubi culpam praue, quid imperando meruere, inedia diei totius afficiunt, cæterum asperi, inculti, pernoxij appulsis. deinde minus feri uerum et hĩ inconditis moribus Macrocephali, Discheri, Buxedi. raræ urbes. Cerasus & Trapezus maxime illustres. Inde his locus est, ubi finem ductus a` bosphoro tractus accipit, atq; inde se in sinũ aduersi litoris flexus attollens angustissimum ponti facit angulum. Hic sunt Colchi, hinc Phasis erumpit. hic eodem nomine, quo

amnis est Themistagora Milesio deductum oppidum, hic Phryxi templum, & lucus, fabula uetere pellis aureæ nobilis. Hinc orti montes longo se iugo & do nec Ripheis coniūgantur, exporrigunt, qui altera par te in Euxinum & Mæotida & Tanain, altera in caspium pelagus obuersi Ceraunī dicuntur. ijdem alii bi. Thaurici. Moschi. Amazonici. Caspij. Caraxici. Caucasi, ut alijs alijs'ue appositi gentibus, ita aliis alijsq; dicti nominibus. At in primo flexu iam curui litoris oppidum est, quod græci mercatores constituisse, & quia, cum cæca tempestate agerentur, ignaris quæ terra esset, cygni uox notam dederat, Cygnum appellasse dicuntur. Reliqua eius feræ, incultæq; gentes uasto mari assidentes tenent. Melanchlæni terestrea. Sexsolicæ. coraxi. Pthirophagi. Hæniochi. Chæi. Ter cetici, etiā in confinio Mæotidis Syndones. In Hænio chorum finibus Dioscorias à Castore & Polluce pontū cū Iasone ingressis. Syndos in Sydonū finibus ab ipsis terrarum cultoribus condita est, obliqua tunc regio, & in latum modice patens, inter pontum palu demq; ad bosphorum excurrit, quam duobus alueis in lacum et in mare profluens Corocondamam penè insulam reddit. quatuor urbes ibi sunt Hermonassa, Cepo, Ephanagoria, et in ipso ore Cimmeriū. hac ingressos lacus accipit longe lateq; diffusus. Qua terras tangit incuruo circundatus litore, qua mari propior est, nisi ubi aperitur, quasi margine obductus citra magnitudinem propè ponto similis. orā, quæ à bosphoro ad Tanain usq; deflectitur Mæotici incolunt Thoreatæ, Arichi Phicores & ostio fluminis proximi Laxa

matæ. apud eos easdem artes fœminæ, quas uiri exercent, adeo ut ne militia quidem uacent. uiri pedibus inhærent, sagittisq́; depugnant, illæ equestre prælium ineunt. nec ferro dimicant, sed quos laqueis intercœpere, trahendo conficiunt. nubunt tamen, uerum ut nubiles habeantur. non in ætate modus est. nisi quæ hostem interemere, uirgines manent. Ipse Tanais ex Rhipheo monte deiectus adeo præceps ruit, ut cum uicina flumina, tum mæotis & bosphorus, tum ponti aliqua brumali rigore durentur, solus æstus hyememq́; iuxta ferens, idẽ semper et sublimus, incitatusq́; decurrat. ripas eius Sauromatæ et ripis hærẽtia possident. una gens, aliquot populi et aliquot noĩa. primi mæotici. Gynæco Cratumene regna Amazonũ fœcũdos pabulo, at alia steriles, nudosq́; campos tenẽt Budini. Geloni urbẽ ligneã habitant iuxta Thissagetæ, Turcæq́; uastas syluas occupant, alũturq́; uenãdo tum continuis rupibus latæ aspera, et deserta regio ad Rhipheos usq; permittitur. his iustissimi mores, pro domibus nemora. alimenta baccæ. & maribus & fœminis nuda sunt capita, sacri itaq; habentur, adeoq́; ipsos nemo de tam feris gentibus uiolat, ut alijs quoq; ad eos cõfugisse pro asylo sit. Vltra surgit mons Rhipheus, ultraq́; eum iacet ora, quæ spectat oceanum.

POMPONII MELLAE LIBER SECVNDVS.

Caput. I.

(a) Siæ in noſtrum mare, Tanainq́; uergentis, quem dixi finis, ac ſitus eſt, ac per eundẽ amnem in Mæotida remeantibus ad dextram Europæ, modo ſiniſtro latere in nauigantium appoſita, ac Rhipheis montibus proxima. & huc enim pertinent, cadentes aſſiduo niues. adeo inuia efficiunt, ut ultra ne uiſum quidem incedentium admittant. deinde eſt regio ditis admodum, ſoli inhabitabilis tamen, quia gryphi ſæuum & pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egeſtum mire amant, mireq́; cuſtodiunt, et ſunt infeſti attingentibus. Hominum primi ſunt Scythæ, Scytharũq́;, queis ſinguli oculi eſſe dicuntur, Arimaſpæ. ab eis Eſſedones uſq; ad Mæotida. huius flexum Huges amnis ſecat. Agathirſi et Sauromatæ ambiunt, quia pro ſedibus plauſtra habent dicti Hamaxobitæ, obliqua tunc ad boſphorum plaga excurrens ponto, ac Mæotide includitur. in paludem uergentia Satharchæ tenent. in boſphorum cimmeria oppida Myrmetion, Panticapeum, Theodoſia, Hermiſium. In Euxinum mare taurici, ſuper eos ſinus portuoſus, & ideo καλὸς λιμὴν appellatus, promontorijs duobus includitur, alterum κριοῦ μέτωπον uocant. Carambico, quod in Aſia diximus, patet aduerſum. Parthenion alterum

nion alterum

nion alterum oppidum adiacet Cherronesus à Diana (si credatur) conditum. & nympheo specu, quod in arce eius Nymphis sacratum est, maxime illustre. subit tum ripam mare, & donec quinq; millia passuum absit à Mæotide refugientia usq; subsequens litora, quæ Satarchæ et Taurici tenent, peninsulam reddit. quod inter paludem & sinum est, Taphræ nominatur. sinus Carcinites, in eo urbs est Carcine, quã duo flumina Gerros & Hypacyris uno ostio effluentia attingunt, uerum diuersis fontibus, & aliunde delapsi. Nam Gerros inter Basilidas & Nomadas euoluitur. syluæ deinde sunt, quas maximas hæ terræ ferunt, & Panticapes, qui Nomadas, Georgosq; disterminant. terra tum longe distenta excedens tenui radice litori adnectitur. post spatiosa modice paulatim seipsa fastigat, et quasi in mucronem longa colligens, latera facie positi ensis allecta est. Achilles infesta classe mare ponticum ingressus ibi ludicro certamine celebrasse uictoriam, & cum ab armis quies erat, se ac suos cursu exercitauisse memoratur, ideo dicta est δρόμος ἀχιλλέως. tum Borysthenes gentem sui nominis abluit. inter Scythiæ amnes amœnissimus turbidis alijs liquidissimus defluit, placidior quàm cæteri, potariq; pulcherrimus. Alit lætissima pabula, magnosq; pisces, quibus & optimus sapor, & nulla ossa sunt. longe uenit, ignotisq; ortus è fontibus, quadraginta dierum iter alueo stringit, tantoq; spatio nauigabilis secundum Borystenidam & Olbida græca oppida egreditur. Calipidas Hypanis includit, ex grandi palude oritur. quam matrem eius accolæ ap-

pellant, & diu qualis natus est, defluit. tantum non longe à mari ex paruo fonte, cui ex Ampheo cogno men est, adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoq; iam sui dissimilis, & non dulcis hinc defluat. Axiaces proximus intra Calipidas, Axiacasq; descendit, hos ab Istricis Tyra separat, surgit in Neuris, qua exit sui nominis oppidum attingit. At ille, qui Scythiæ populos à sequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quàm desinit nomine, exoritur. nam ꝑ immania spatia magnarum gentium diu Danubius est. Deinde aliter appellantibus accolis Ister fit, acceptisq; aliquot amnibus ingens iam, & eorum, qui in nostrum mare decidunt, tantum Nilo minor, totidem quot ille ostijs, sed tribus tenuibus, reliquis nauigabilibus effluit. ingenia, cultusq; gentium differunt. Essedones funera parentum læti et uictimis ac festo coitu familiarum celebrant. corpora ipsa laniata & cæsis pecorum uisceribus immista epulando cõsumunt. capita ubi fabre expoliuere auro uincta pro poculis gerunt. hæc sunt apud eos ipsos pietatis ultima officia. Agathyrsi ora, artusq; pingunt, ut quiq; maioribus præstant, ita magis uel minus. cæterum ijsdem omnes notis, & sic, ut ablui nequeant. Sarmatæ auri, argentiq; maximarum pestium ignari, uice rerum commertia exercent. atq; ob sæua hyemis admodum assidue demersis in humum sedibus, specus aut suffosa habitant. totum braccati corpus, & nisi qua uident etiam ora uestiti. Tauri Iphigeniæ et Orestis aduentu maxime memorati immanes sunt moribus, immanemq; famam habent. solere pro uictimis

aduenas cædere. Basilidis ab Hercule, & Echidna generis principia sunt, mores regij, arma tantum sagittæ. Vagi Nomades pecorum pabula sequuntur, atq; ut illa pecorum durant, ita diu statam sedem agunt. colunt georgi, exercentq; agros. Axiacæ furari quid sit ignorant. ideoq; nec sua custodiunt, nec aliena contingunt. interius habitantium ritus asperior, et incultior regio est. bella, cædesq; amant. mosq; est bellantibus cruorem eius, quem primum intereme runt, ipsis è uulneribus ebibere, ut quisq; plures in teremerit, ita apud eos habetur eximius. cæterũ exper tem esse cædis inter opprobria, uel maximũ, ne fœdera quidẽ incruenta sunt. sauciant se, qui paciscuntur, exemptumq; sanguinẽ ubi permiscuere, degustant. id putant mansuræ fidei pignus certissimum. Inter epu las, quot quisq; interfecerit, referre lætissima & frequentissima mentio, binisq; poculis, qui plurimos retu lere, perpotatis, inter loquentes honos præcipuus est. pocula ut Essedones parentum, ita inimicissimorum ca pitibus expoliunt. apud Anthropophagos ipsæ etiam epulæ uisceribus humanis apparantur. Geloni hostiũ cutibus equos, seq; uelant. illos reliq corporis, se capitũ. Melãclænis atra uestis et ex ea nomen. neuris sta tum singulis tempus est, quo si uelint in lupos, iterũq; in eos, qui fuere, mutentur. Mars omnium deus. Ei pro simulachris enses et tentoria dedicant, hominesq; pro uictimis feriunt. terræ late patent, & ob excedentia ripas suas plerunq; flumina, nusquã non ad pabu la fertiles. alicubi usqueadeo steriles ad cætera, ut q habitant lignorũ egentes, ignes ossibus alãt his. Thra

tia proxima est, eaq; à pontica lateris fronte usq; in Illyricos penitus immissa, qua latera agit Istro, pelagóq; contingitur. Regio nec cœlo læta nec solo, & nisi qua mari propior est, infœcunda, frigida, eorumq́;, quæ feruntur malignæ, admodum patiẽs. raro usquã pomiferam arborem, uitem frequentius tolerat. sed nec eius quidem fructus maturat, ac mitigat, nisi ubi frigora obiectu frondium cultores arcuere. Viros benignius alit, non ad speciem tamen. nam & illis asper atq; indecens corporum habitus est, cæterum ad ferociam & numerum, ut multi, immitesq; sint, maxime ferax. paucos amnes, qui in pelagus euadant, uerum celeberrimos, Hebrum & Neston Strymona emittit. montes interior attollit Hæmon & Rhodopẽ & Orbelon sacris Liberi patris, & cœtu Mænadum Orpheo primum initiante celebratos, è queis Hæmus in tantum altitudinis abit, ut euxinum & Adriam ex summo uertice ostendat. una gens Thraces habitant, alijs, alijsq; præditi & nominibus et moribus. quidam feri sunt, & ad mortem paratissimi. Getæ utiq;. id uaria opinio perficit. alij rediturus putant animas obeuntium. alij, etsi nõ redeant, non extingui tamen, sed ad beatiora transire. alij emori quidem, sed id melius esse quàm uiuere. itaq; lugentur apud quosdam puerperia, natiq; deflentur. funera contra festa sunt, & ueluti sacra, cantu, lusúq; celebrantur. ne fœminis quidem segnis est animus super mortuorum uirorũ corpora interfici, simulq; sepeliri, uotum eximium habent. & quia plures simul singulis nuptæ sunt, cuius id sit decus apud iudicaturos magno cer

tamine affectant, moribus datur. estq; maxime lætum, cum in hoc contenditur, uincere. mœrent alij uocibus, & cum acerbissimis planctibus efferunt. at quibus consolari eos animus est, arma, opesq; ad rogos deferunt, paratiq;, ut dictitant, cum fato iacentis, si detur in manus, uel pacisci, uel decernere. ubi nec pugnæ nec pecuniæ locus sit, manentq; domi nos proci. nupturæ uirgines non à parentibus uiris tradútur, sed publice aut locantur ducendæ, aut ueneunt. utrũ fiat ex specie & moribus causa est. probæ, formosæq; in pretio sunt. cæteras qui habeant mercede quæruntur. uini usus quibusdam ignotus est, epulantibus tamen ubi super ignes, quos circunsident, quædam semina ingesta sunt, similis ebrietati hilaritas ex nidore contingit. in litoribus Istro proxima est Istropolis. Deinde à Milesijs deducta Calatis, & Tritonice, & portus Caria, et Tiristris promontorium, quod præter uectos alter ponti angulus accipit, aduersus Phasiacos, & nisi amplior foret, similis fuit. Hic Bizone motu terræ intercidit. est portus Crunos, urbes Dionysiopolis, Oddessos, Messembria, Anchialos, & intimo in sinu, atq; ubi pontus alterum sui flexum angulo finit, magna Apollonia. recta dehinc ora, nisi quod media ferme in promontorium, quod Thinniã uocant, exit, & incuruis contra se litoribus obtenditur, urbesq; sustinet Halmydeson, & Philam & Phinopolim. hactenus pontus. deinde est Bosphorus & Propontis. in Bosphoro Byzantium. in Propontide Selymbria, Perinthus, Bathynis. Amnesq;, qui interfluunt, Erginus & Atyras. tum Rheso regnata quondam pars Thra

ciæ, & Bisaltæ Samorum, & ingens aliquando Cypsela. Post locus, quem Grai μακρὸν τῖχος appellant, & in radice magnæ peninsulæ sedes Lysimachia. terra, quæ sequitur, nusquam lata, atq; hic arctissima inter Hellespontum, ægeumq; procurrit. angustias Isthmon, frontem eius Mastusiam totam Chersonesum appellant. ob multa memorabile est. In ea flumen Aegos naufragio classis atticæ insigne. est et Abydo obiacens Sestos Leandri amore pernobilis. est & regio, in qua Persarum exercitus diuisas spatio, pelagóq; terras, ausus pontibus iungere, mirũ atq; ingens facinus, ex Asia in Græciam pedes et non nauigata maria transgressus est. sunt Prothesilai ossa consecrata delubro. est & portus Cœlos Atheniensibus & Lacedæmonijs nauali acie decernentibus, laconicæ, classis signatus excidio. est Cynossema tumulus Hecubæ, siue ex figura canis, in quam conuersa traditur, siue ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto. est deinde Mathios. est Helleus, quæ finit Hellespontum. Aegeum statim pelagus uaste longum litus impellit, summotasq; terras hinc ad promontorium, quod Sunium uocatur, magno ambitu, molliq; circumagit. eius tractum legentibus, præuectisq; Mastusiam tum sinus intrandus est, qui alterum Chersonesi latus abluens, iugo Phacie uallis includitur, & ex fluuio, quem accipit, Melas dictus. duas urbes amplectitur, Alopeconesum, & altero Isthmi litoris situm Cardiam. eximia est Aenos ab Aenea profugo condita. circa Hebrum Cicones. trans eundem Doriscos, ubi Xerxem copias suas, quia numero non po-

terat, spatio mensum ferunt. deinde promontoriũ Ser rium, ex quo canentem Orphea secuta narrantur nemora. Zonæ. tum Scenos fluuius, & ripis eius adiacens Maronia. regio ulterior Diomedem tulit immanibus equis mandendos solitum obiectare aduenas, et ijsdem ab Hercule obiectum. Turris, quam Diomedis uocant, signum fabulæ remanet. & urbs, quam soror eius suo nomine nominauit, Abdere. sed ea magis id memorandum habet, quod Democritum physicum tulit, quã quod ita condita est. ultra Nestos fluit. Interq; eum & Strymona urbes sunt, Philippi, Apolonia, Amphipolis. inter Strymona & Athon turris Calarnea, & portus Caprullon. urbs Acanthos et Oesyma. inter Athon et Pallene Celeona & Olynthos. Strymon, sicut diximus, amnis est, longeq; ortus & tenuis, alienis subinde aquis fit amplior, & ubi non longe à mari lacum fecit, maiore quàm uenerat, alueo erumpit. Athos mons est adeo elatus, ut credatur altius etiam, quàm unde imbres cadunt, surgere. capit opinio fidem, quia de aris, quas in uertice sustinet, non abluitur cinis, sed quo relinquitur aggere manet. cæterũ non promontorio, ut alij, uerum totus est, totoq; longe dorso procedit in pelagus. qua continenti adhæret à Xerxe in graios tendente perfossus, transnauigatusq;, et actus freto nauigabili puius. ima eius tenent paruæ Pelasgorũ coloniæ. in summo fuit oppidũ Acroathon, in quo, ut ferũt, dimidio lõgior, q̃ in alijs terris ætas habitantiũ erat. Pallene soli tam patentis, ut qnq; urbiũ sedes sit atq; ager. tota in altũ abit, angusta satis unde incipit. ibi est Poti

dæa, at ubi laxius patet, Mende, Scioneq; referendæ, illa ab Hæretris, hæc ab Achiuis, capto Ilio remeantibus posita. tum Macedonũ populi, qđ urbes habitant, quarum Pellam maxime illustrem alumni efficiunt Philippus Græciæ domitor, Alexander etiam Asiæ. in litore flexus megybernæus inter promontoria diuidit Canastreum & portum, qui Copos dicitur. Vrbes Toronem et Physcellam, atq; unde ipsi nomen est, Megybernam incingit. canestreo promontorio Scione proxima est. Megybernæus autẽ sinus in medio qua terra dat gremium, modice in litora ingreditur. cæterũ longis in altum immissis lateribus ingens inter maria sinus est. in eum Axius per Macedonas, etiam ꝑ Thessalos Peneus excurrit, ante Axium Thessalonice est. inter utrunq; Cassandria, Cydna, Aloros, Derris, à Peneo, Sepias, Corinthia, Melibœa, Castanea pares ad famam, nisi quod Philoctetes alumnus Melibœam illuminat. Terræ interiores claris locorum nominibus insignes, penè nihil ignobile ferunt. hinc nõ longe est olympus. hic pelion. hic ossa, montes gigantum fabula, belloq; memorati. hic musarum parens, domusq; Pieria. hic nouissime calcatum graio Herculi solum, saltus œtæus. hic sacro nemore nobilia tempe. hic Libethra, carminumq; fontes obiacent. tum iã uaste & multum prominens Græcia, & dum Myrthoum pelagus attingat, à septentrione in meridiem uecta, qua sol oritur ægeis, qua occidit ionijs fluctibus obiacet, ac proxime spatiosa, et Hellas nomine grãdi fronte procedit. mox mari utroq; & ionio magis latere eius intrante donec, quinq; millia passuum pa-

teat media ferme propè inciditur. Deinde rursum ter ris huc se & illuc uerum in Ionium mare magis ex pandētibus, progressisq; in altum, nō tam lata quàm cœperat, ingens tamen iterum, & quasi peninsula ex tenditur. uocaturq; Peloponnesos, ob sinus et promontoria, queis, ut fibris, litora eius incisa sunt, simul q̄d tenui tramite in latus effunditur, platani folio simillima. in Macedonia prima est Thessalia. deinde Magnesia, Phthiotis, Doris, Locris, Phocis, Bœotis, attis, Megaris. sed omnium Attis clarissima. in Peloponneso Argolis, Laconice, Messenia, Achaia, Elis, Arcadia, ultra Aetolia, Acarnania. Epiros usq; in Adriam. de locis atq; urbibus, quæ mare non abluit, hæc maxime memoranda sunt. in Thessalia, Larissa, aliquādo Iolcos. In Magnesia, Antronia. in Phthiotide Phthia. in Locride Cynos & Callicros. in Phocide, Delphi & mons Parnasus, & Apollinis fanum atq; oraculum. in Bœotia Thebæ & Cithæron fabulis, carminibusq; celeberrimus. in Attide Eleusin Cereri consecrata, & clariores, quàm ut indicari egeāt, Athenæ. in Megaride, unde regioni nomen est, Megara. ut in Argolide Argos, & Mycenæ, & templum Iunonis uetustate et religione percelebre. in Laconide Terapne, Lacedæmon, Amyclæ, mons Taygetus. in Messenia Messene & Methone. in Achaia atq; Elide quondam Pisæ Oenomai. Elis et numen, delubrumq; olympij Iouis certamine gymnico & singulari sanctitate. ipso quidem tamen simulachro, quod Phidiæ opus est maxime nobile. Arcadiā peloponnesiacæ gentes undiq; incingunt. in ea sunt urbes Psophis et Te-

nia. Orchomenos. montes Pholoe. Cyllenius. Parthenius. Mænalus. flumina, Erymanthus & Ladon. in Aetolia Naupactos. in Acarnania Stratos oppidum. In Epiro Dodonæi Iouis templum, & fons ideo sacer, quod cum sit frigidus, & immersas faces (sicut cæteri) extinguat, ubi sine igne procul admouentur, accendit. at cum litora leguntur à promontorio Sepiade per Demetriam & Boion & Pteleon & Echinon ad Pagasæum sinum cursus est. ille urbem Pagasam amplexus amnem Sperchion accipit. et quia Minyæ Colchida petentes inde argo nauem soluere, memorantur. ab eo ad Sunium tendentibus illa præna uiganda. Maliacus & Opuntius grandes sinus, & in ijs cæsorum etiam Laconum trophæa Thermopylæ opes, Scarphia, Enemides, Alope, Antedon, Larumnæ. aulis Agamemnoniæ, graiorūq; classis in Troiam coniurantium statio. Marathon magnarum, multarumq; uirtutum testis, iam inde à Theseo persica maxima clade pernotus. Ramnus parua illustris tamen, quod in ea fanum est Amphiarai, & phidiaca Nemesis. Thoricos & Brauronion olim urbes, iam tantum nomina. Sunium promontorium est, finitq; id litus Hellados, quod spectat ad orientem. inde ad meridiem terra conuertitur usq; ad Megaram, Atticæ ut modo latere, ita nunc fronte pelago adiacens. ibi est Pyræus Atheniensium portus. Scyronia saxa sæuo quondam Scyronis hospitio etiā nunc infama. Megarensium tractus Isthmon attingit, hoc illi cognomen est, quia quinq; millium spatio ægeum mare ab ionio submouens, angusto tramite Helladi Peloponne

ſon annectit. in eo eſt oppidum Cenchreæ, fanum Neptuni. ludi quos Iſthmicos uocant celebres. Corinthos olim clara opibus. poſt clade notior, nunc romana colonia. ex ſumma arce, quam Acrocorinthon appellãt, maria utraq; contuens. Peloponneſi oram, ſicut diximus, ſinus & promontoria lacerant. ab oriente Bucephalos & Cherſoneſus & Scyleon, ad meridiem Malæa. Tænaros. Achritas. Icthis. ad ueſperum Chelonates & Araxos, habitant. ab Iſthmo ad Scyleon Epidaurij Aeſculapij templo inclyti & Trœzenij fide ſocietatis atticæ illuſtres. Portus Sarronicus et ſchœnus, & pagonus. oppida autem Epidaurus & Trœzen et hermiona his litoribus apposita ſunt. inter Scyleon & Maleam laconicus. inter Tænaron & Acritã et Icththym Cypariſius. in argolico ſunt noti amnes Eraſinus atq; Inachus, & notum oppidum Lerne. In laconico Cithius & Eurotas. in ipſo Tænaro Neptuni templum, & ſpecus illi, quem in ponto Acheruſium diximus, facie et fabula ſimilis. in Aſineo flumẽ Pamiſum. in Cypariſſio Alpheus. nomẽ dedit urbs in litore ſita, hinc Cypariſus, illic Aſine. Meſſenij, Pylijq; terras colũt, et ipſa pelago Pylos adiacet. Cyllene, Calipolis. Patræ oram illã tenent, in quã Chelonatas et Araxos excurrunt. ſed Cyllenæ, q̃d Mercuriũ ibi natum arbitrãtur, iſignis. Rhion deinde, maris id nomẽ eſt, anguſte et uelut freto lacus ore frequẽti incidẽs, iter Aetolos et Pelopẽneſiacos uſq; ad Iſthmõ irrũpit. in eo ad ſeptẽtrionẽ ſpectare litora incipiũt. i his eſt Aegeon et ægina et Olyros et Sicyon. ac i aduerſis pagæ, creuſis. Anticyra. Oeanthia. Cyrra, et notior aliquanto

noie Calydon et Euenos. Extra Rhion in Acarnania maxie clara sunt oppidum Leucas. flumẽ Achelous. In Epiro nihil bracio sinu nobilius est. Facit sinus, q angustis faucibus, & quae minus mille passibus patent, grande pelagus admittit. faciunt urbes, quae assident, Acium. Argi. Amphilochis. Ambracia. Aeacidarum regna, Pyrrhiq;. Butroton ultra est. deinde Ceraunii montes. ab ijs flexus in Adriam. hoc mare magno recessu litorum acceptum, & uaste quidem in latitudinem patens. qua penetrat tamen uastius Illyricis usq; Tergestum, caetera gallicis, italisq; gentibus cinguntur. Parthenij et Dasarethae prima eius tenent, sequentia paulatim Enthellae, Phaeaces. deinde sunt, quos proprie Illyricos uocant. tum Pyraei & Liburni et Istria. urbium prima est Oricum. secunda Dyrachium Epidamnos ante erat. Romani nomen mutauere, quia uelut in damnum ituris omen id uisum est. Vltra sunt Apollonia, Salone, Iadera, Nona, Tragurium, sinus polaticus, et Pola quondam à Colchis, ut ferunt, habitata, inquantum res transeunt, nunc romana colonia. Amnes autem Eas, & Nar, & Danubius, qui iam dictus est Ister. sed Eas secundum Apolloniam, Nar inter Pyraeos, & Liburnos, per Istros Ister emittitur. Tergeste intimo in sinu Adriae situm finit Illyricum.

Italiae descriptio. Caput. II.

d E Italia magis quia ordo exigit, quàm quia monstrari eget, pauca dicentur. nota sunt omnia. ab alpibus incipit in altum excedere, atq; (ut procedit) se media perpetuo Apennini iugo montis attollens inter Adriacum & thuscum, siue (ut aliter eadem appellantur) inter superum mare & inferum excurrit diu solida. uerum ubi longe abit, in duo cornua scinditur, respicitq; altero siculum pelagus, altero ionium. tota angusta, & alicubi multo q̃ unde cœpit, angustior. interiora eius aliæ aliæq; gentes, sinistrã partem Carni, & Veneti colunt togatam galliam. tum italici populi Picentes. Frẽtani. Dauni. Appuli. calabri. Salẽtini. ad dextram sunt sub alpibus Ligures. Sub Apennino Hetruria. post Latium. Volsci. Campani. & super Lucaniam Brutii. urbium, quæ procul, à mari, habitantur, opulentissimæ sunt. ad sinistram Patauium Antenoris. Mutina & Bononia Romanorum coloniæ. ad dextram Capua à Thuscis, et Roma quondam à pastoribus condita, nunc si pro materia dicatur, alterum opus. At in oris proxima est à Tergeste Concordia. interfluit Timauus nouem capitibus exurgens uno ostio emissus. deinde Natiso non longe à mari ditem attingit Aquileiam. ultra est altinum. supe riora late occupat litora Padus. Nanq; ab imis radicibus Vesuli montis exortus, paruis se primum fontibus colligit, & aliquatenus exilis ac macer, mox ali is amnibus adeo augescit atque alitur, ut se per se-

ptem ad postremum ostia effundat. Vnum de his magnum Padum appellant. inde tam citus prosilit, ut discussis fluctibus diu qualem emisit, undam agat. suumq; etiam in mari alueum seruet, donec eum ex aduerso litore Istriæ eodem impetu profluens Ister amnis excipiat. hac re per ea loca nauigantibus, qua utrinq; amnes eunt, inter marinas aquas dulciū haustus est à Pado ad Anconam transitur Rauēnam. Ariminum. Pisaurū Fanestris colonia. flumen Metaurus atq; Esis, et illa i angusto illorū duorū promontoriorū ex diuerso coeūtiū inflexi cubiti imagine sedēs, et iō à grais dicta Ancona, inter, gallicas, italicasq; gentes quasi terminus interest. hæc enim prægressos Piceni littora excipiunt, in quibus humana potentia Cliterna. Cupra urbes. castella autem Tirmum. Adria. Truentinum, Id ei fluuio, qui præterit, nomen est. ab eo Sennogallia maritima Aterni. fluminis ostia urbes Bucara et Histonium. Dauni autem Tifernum amnē Claterniam. Lucrinum. Theanum oppida montemq; Garganum. sinus est continuo Apulo litore incinctus nomine Vrias modicus spatio, pleraq; asper accessu. extra Sypuntum, uel, ut graij dixere, Sipyus, & flumen, quod Canusium attingens, aufidū appellant. post Barium & Egnatia & Ennio ciue nobiles Rudiæ, & in Calabria Brundusium. Valetiū Lubiæ Idrus mons. tum Salentini campi, et salentina litora, & urbs graia Gallipolis, hucusq; Adria, hucusque Italiæ latus alterum pertinet. frons eius in duo quidem se cornua, sicut supra diximus, scindit. cæterum mare, quod inter utraq; admisit tenuibus promonto-

riis semel iterũq; distinguẽs, nõ uno margine circuit, nec diffusum patensq;, sed per sinus recipit. primus Tarentinus dicitur inter promontoria, Salen & Lacinium. In eoq; sunt Tarentus, Methapontum, Heraclea, Croto, Turium. secundus Scyllaceus inter promontoria Lacinium & Zephyrium, in quo est Petilia, Corinthus, Scyllaceum. Mistræ. tertius inter Zephyrium & Brutium, Consentiam, Cauloniam, Locros'q; circundat. in Brutio sunt columna regia Rhegium. Scylla. Taurianum et Metaurum. hinc in thuscum mare deflexus est. & eiusdẽ terræ latus alterũ Terina Hippo nunc Vibon, Temesa Campetia. Blanda, Buxentum, Velia, Palinuri olim phrygii gubernatoris, nunc loci nomen. Pæstanus sinus. Pæstum oppidum. Silarus amnis. Picentia. Petræ, quas Syrenes habitauere. Mineruæ promontorium. omnia Lucaniæ loca, sinus puteolanus. Surrentum, Herculanæum, Vesuuii montis aspectus, Pompeii Neapolis, Puteoli, Lacus lucrinus & Auernus, Baiæ, Misenum, id nunc loci aliquando Phrygi militis nomen. Cumæ Linternum, Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum. Amœna Campaniæ litora. Sinuessa, Liris, Minturnæ, Formiæ, Fũdi, Terracina. Circes domus aliquãdo cyrcæii, Antiũ, Aphrodisiũ, Ardea. Laurentũ. ostia citra Tyberi in hoc latere sũt. ultra Pyrgi, Anio, Castrum nouũ, Grauiscæ, Cossa, Telamõ. Populonia, Cecina, Pisæ hetrusca et loca et noĩa. Deinde Luna Ligurum, et liguria, et Genua, et Sabatia, et Albigaunũ tũ paulo et Varũ flumina utraq; ab alpibus delapsa, sed Varũ, q̃a Italiã finit, aliquãto notius, Alpes ipsæ

ab ijs litoribus lõge, lateq; diffusæ, primo ad septentrio nẽ magno gradu excurrunt. deinde ubi Germaniã attigerunt uerso impetu in orientem abeunt, diremptis populis immanibus usq; in Thratiam penetrant.

Galliæ descriptio. Caput. III.

Gallia Lemano lacu & gebennicis montibus in duo latera diuisa, atque altero thuscum pelagus attingens, altero oceanum. hinc à Varo illinc à Rheno ad pyreneum usq; promittitur. pars nostro mari apposita fuit, aliquando bracata, nunc Narbonensis magis culta & magis consita, ideóq; etiam lætior. urbium, quas habet, opulentissimæ sunt Vasio Vocuntiorum, Vienna Allobrogum. Auenio, Cauarum Arecomicorum. Nemausus, Tolosa, Tectosagum secundanorum. Arausio sextanorum, Arelate septimanorumq; Bæterræ, sed Antestatonis Atacinorũ, decimanorumq; colonia. unde olim ijs terris auxilium fuit. nunc et nomen & decus est Martius narbo. in litoribus aliquot sunt cum aliquibus nominibus loca. cæterum raræ urbes, quia rari portus, & omnis plaga austro, atq; Africo exposita est. nicæa tangit alpes, tangit oppidũ deceatum, tangit Antipolis. deinde est forum Iulij Octauianorum colonia, tunc post Athenopolim, & Olbiam, et Glanon et Citharistes et Halycadon Massiliensium portus, & in eo ipsa Massilia. hæc à Phocæis oriunda, & olim inter asperas posita, nunc ut pacatis ita dissimillimus tamen uicina gentibus, mirum q̃

facile &

facile, & tunc sedem alienam cœperit, & adhuc morem suum teneat. inter eam & Rhodanum maritima Auaticorum stagno assidet fossa mariana. partē eius amnis nauigabilis alueo effundit. alioquin litus ignobile est lapideum, ut uocant, in quo Herculem contra Albiona & Bergion Neptuni liberos dimicantē, cum tela defecissent, ab inuocato Ioue adiutum imbre lapidum ferunt. credas pluisse, adeo multi passim & late iacent. Rhodanus non longe ab Istri, Rheniq; fontibus surgit. deinde lemano lacu acceptus tenet impetum, seq; per medium integer agens quantus uenit, egreditur, et inde contra in occidentem ablatus aliquandiu Gallias dirimit. post cursu in meridiem abducto hac intrat, accessuq; aliorum amnium iam grandis & subinde grandior, inter Volcas & Cauaras emittitur. ultra sunt stagna Volcarum. Ledū flumen. castellum Latara. Mesua collis incinctus mari penè undiq;, ac nisi quod angusto aggere continenti annectitur insula. tum ex Gebennis demissus Arauris iuxta Agatam, secundum Bleteras orbis fluit. Atax ex pyreneo monte digressus, qua ui fontis aqs uenit exiguus, uadusq;, et iam ingentis alioquin aluei tenens, nisi ubi Narbonem attingit, nusquam nauigabilis, sed cum hybernis intumuit imbribus, unde eo solitus insurgere, ut seipse non capiat. Lacus accipit eum Rubresus nomine spatiosus admodum, sed qua mare admittit, tenuis aditu. ultra est Leucata litoris nomen, & Salsule fons non dulcibus aquis defluēs, sed salsioribus etiam quàm marinæ sunt. iuxta campus minuta arundine, gracaliq; peruiridis. cæ-

terum stagno subeunte suspensus. id manifestat media pars eius, quæ abscissa proximis ripis uelut in-sula natat, pelliq; se atq; atrahi patitur. quin & ex ijs, quæ ad imum perfossa sunt, suffusum mare osten ditur, unde graijs, nostrisq; etiam authoribus, ueri'ne ignorantia, an prudentibus etiam mendacij libidine uisum est tradere posteris, in ea regiõe piscem è terra penitus erui. quod ubi ex alto hucusq; penetrauit, per ea foramina ictu captantium interfectus extrahi-tur. inde est ora Sardonum, & parua flumina Thelis et Thicis, ubi accreuere, ĩmania fiunt. Colonia Ruscino. uicus Eliberri magnæ quondam urbis & magnarum opum tenue uestigium. Tum inter pyrenæi promontoria portus Veneris est sinu salso & Ceruaria locus, finis Galliæ.

Hispaniæ descriptio. Caput. IIII.

PYrenæus primo hinc in Britanicum procurrit oceanum. tum inter terras fronte conuersus Hispaniam irrumpit, & minore eius parte ad dexteram exclusa, trahit perpetua latera continuus per omnem, donec prouinciã longo limite immissus in ea litora, quæ occidenti sunt aduersa, perueniat. ipsa Hispania, nisi qua Gallias tangit, pelago undiq; incincta est, ubi illis adhæret maxime angusta, paulatim se in nostrũ & oceanum mare extendit, magis magisq; latior ad occidẽtem abit, ac fit ibi latissima, uiris, equis, ferro, plumbo, ære, argento, auroq;, & tam abundans, & adeo

fertilis, ut sicubi ob penuriam aquarum effœta, & sui dissimilis est, linum tamẽ aut spartũ alat. Tribus autem est distincta nominibus. parsq; eius Tarraco nensis, pars Bætica, pars Lusitania uocatur. Tarraco=nensis altero capite Gallias, altero Bæticam Lusitani=amq; contingens, mari latera obiicit nostro, qua meri diem, qua septentrionem spectat oceano. illas fluuius Anas separat, & ideo Bætica maria utraq; prospicit, ad occidentem atlanticum ad meridiem nostrum. Lu sitania, oceano tantummodo obiecta est. sed latere ad septentriones, fronte ad occasum. urbium de mediter=raneis in Terraconensi clarissimæ fuerunt Pallan-tia & Numantia. nunc est Cæsaraugusta, in Lusita=nia, Emerita. in Bætica, Astagi. Ispalis. Corduba. at si litora legas, aceruaria proxima est rupes, quæ in al tum pyrenæum extrudit, dein Thicas flumen ad Rho dam. Clodiamnum ad emporia. tum mons Iouis, cu=ius parti occidenti aduersam eminentiã cautiũ habet, quæ inter exigua spatia, ut gradu subinde consur-gunt, scalas Annibalis appellãt. inde ad Tarraconẽ parua sunt oppida Blanda, Illuro, Betullo, Barchi-no, Subur, Tholobi. parua flumina Bettulo iuxta Io uis montem Rubricatum in Brachinonis litore in-ter Subur et Telobin maius Tarraco. Vrbs est in his oris maritimarum opulentissima Tulcis. eam modi-cus amnis super ingens Iberus decorsum attingit. inde se in terras pelagus insinuat, & primum ma-gno impetu admissum. mox in duos sinus promon torio, quod Ferrariam uocant, finditur, prior sucro=nensis dicitur, maiorq; ac magno satis ore pela-

gus accipiens, & quo magis penetratur, angustior. Sorobin & Duriam et Sucronem non magna excipit flumina. Vrbes complexus & alias quidem, sed notissimas Valentiam & Saguntum, illam fide, hanc ærumnis inclytam, sequẽs Ilicitanus Alonem habet et Lucentiam, &, unde ei nomen est, Ilicen. hic iam terræ magis in altum eunt, latioremq; quàm fuerat. Hispaniam faciunt. uerũ ab ijs, quæ dicta sunt, ad principia Bæticæ præter Carthaginem, quam dux Pœnorum Asdrubal condidit, nihil referendum est. in illis oris ignobilia sunt oppida, et quorum mentio tantum ad ordinem pertinet. Virgi, in sinum, quem Virgitanum uocant. extra Abdera, Suel, Hexi, Menoba. Malaca, Salduba, Lacippo. Berbesul. aperit deinde angustissimum pelagus, et proxima inter se Europæ, atq; Africæ litora montes efficiunt, ut initio diximus, columnæ Herculis Abyla & Calpes, uterq; quidẽ, sed calpes magis & penè totus in mare prominens. is mirum in modum concauus. ab ea parte, qua spectat occasum, medium ferè latus aperit, atq; inde ingressus totus admodum peruius, propè quantum patet sinus, & specus ultra est. in eoq; Cartheia, ut quidam putant, aliquando Tartessos, & quam transuecti ex Africa Phœnices habitant, atq; unde nos sumus, Cingenteratum, Mellaria, & Bello et Besipho usq; ad Iunonis promontorium oram freti occupat. illud iam in occidentem & Oceanum obliquo iugo excurrens, atq; ei quod in Africam Ampelusiam esse dixeramus aduersum, qua nostra maria sunt, finit Europen. Gades insula, quæ egressis fretum obuia est, admonet an

te reliquas dicere quàm in oceani litora, terrarumq́; circuitum, ut initio promisimus, oratio excedat.

Paucæ sunt in Mæotidæ, inde enim uidetur commodissimum incipere, neq; omnes tamen incoluntur, nam nec pabula quidem large ferunt, hac re habitantibus cetro magnorum piscium sole siccata, & in puluerem usq; contusa pro farre est. paucæ & in ponto. Leuce Borysthenis ostio obiecta parua admodum, et, quod ibi Achilles situs est, Achillea cognomine. non longe accolitur Aria, quæ Marti sacrata, ut fabulis traditur. tulit aues cum summa clade aduenientium pennas quasi tela iaculãtes. Sex sunt inter Istri ostia, Ex ijs Peuce notissima et maxima, Thynnias Mariãdynorum finibus proxima urbem habet, quam quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant. contra thratium Bosphorum duæ paruæ, paruoq́; distantes spatio, et aliquando creditæ, dictæq́; concurrere, et Cyaneæ uocantur & Symplegades. In propontide tantum Proconesos habitatur. extra Hellespõtum earum, quæ asiaticis regionibus adiacẽt, clarissimæ sunt Tenedos, Sigeis aduersa litoribus, & quo dicentur ordine ad promontorium Tauri montis expositæ, quas quidam dici putauere μακάρων, siue quod fortunati admodum cœli, soliq́; sunt, siue quod eas suo, suorumq́; regno Macar occupauerat, in Troade Lesbos, & in ea quinq; olim oppida Antissa, Pyrrha, Eressos, Ciraua, Mitylene. in Ionia Chios & Samos. in Caria, Cos. in Lycia Rhodos. in illis singulæ sunt ijsdem nominibus urbes, in Rhodo tres quondam erant Lindos. Camiros. Ialysos, quæ contra Tauri promontorium

importune nauigantibus obiacent, Chelidoniæ nominantur. in sinu, quem maximum Asia recipit, propè media Cypros, ad ortum, occasumq; se immittens recto iugo inter Ciliciam, Syriasq; porrigitur ingens, ut quæ aliquando nouem regna ceperit et nunc aliquot urbes ferat, quarum clarissimæ Salamis et Paphos, & quo primum ex mari Venerem egressam accolæ affirmant, Palæpaphos. Arados etiam in Phœnice est parua, & quantum patet, tota oppidũ, frequẽs tamen quia etiã super aliena tecta sedem ponere licet. parua, & Canopos Nili ostio, qđ Canopicum uocant, obuia est. Menelai gubernator Canobus ibi forte moriens nomen insulæ, illa ostio dedit. Pharos Alexandriæ nunc ponte coniungitur, olim, ut homerico carmine proditum est, ab eisdem oris cursu diei totius abducta, et si ita res fuit, uideri potest coniectantibus in tantum mutatæ rei causas Nilum præbuisse, dum limum subinde, & præcipue cum exundaret, litori adnectens, auget terras, spatiumq; augescentiũ in uicina uada promouet. in Africa contra maiorẽ syrtim Cuteletos, cõtra minoris promontoria Meninx, et Cercinna, contra Carthaginis sinum Tarichiæ & Aegates romana clade memorabiles. plures Europæ litoribus sunt appositæ. in ægeo mari propè Thraciã Thasos, Imbros, Samothrace, Scãdile, Polyægos, Scyathos Halonesos, & quam aliquando omnibus, qui mares erant, cæsis, tantum fœminæ tenuisse dicuntur. Athomonti Lemnos aduersa. Pagasæus sinus, Scyathon prospicit. Scinison amplectitur. Eubœa ad meridiem promontorium Gereston & Caphaream, ad septentrio-

nem Caunum extrudit. et nusquam lata duum millium spatium habet, ubi arctissima est. Cæterũ longa, totiq; Bœotiæ apposita, angusto freto distat à litore, Euripon uocant, rapidum mare, & alterno cursu septies die, ac septies nocte fluctibus inuicẽ uersis, adeo immodice fluens, ut uentos etiã ac plena uentis nauigia frustretur. Aliquot in ea sunt oppida Hestiæa, Eretria, Pyrrha, Nesos, Oechalia. Verum opulentissimæ Carystos & Chalcis. In Attide Helenæ est nota stupro Helenæ, & Salamis excidio classis Persicæ notior circa Peloponneson etiam nunc in ægeo Phitiusa, & Aegina epidaurico litori proxima. Trœzenio Calauria inter ignobiles, aliâs leto Demosthenis nobilis. in myrthoo Cythera contra Maleam Enusa. et Teganusa contra Acritam. in Ionio Protheyria. Cephalenia. Neritos. Same. Zacynthos. Dulychium, & inter non ignobiles, Vlyssis nomine Ithaca maxime illustris. in Epiro Echinades, et olim Plotæ nunc Strophades. contra Ambracium sinum Leucadia, & uicina adriaco mari Corcyra. hæ Thracum, Graiorũq; terris obiacent. at interius Melos, Olearos, Aegina, Cothon, Ios, Therea, Gyaros, Hippuris, Donyssa, Cianos, Chalcis, Icaria, Pinaria, Nisyros,, Lebyntos, Calydnæ, Asine. hæ qa dispersæ sunt Sporades. Ab eis Sicynus. Hipanos, Sipanos, Seriphos, Henea, Paros, Syros, Tenos, Myconos, Naxos, Delos, Andros, qa in orbẽ iacent, Cyclades dictæ sunt. super eas iã in medio mari ingens et centum quondã urbibus habitata Crete ad orientẽ promontoriũ. Samoniũ, ad occidẽtem κριοῦ μέτωπον immittit, nisi maior esset, Cypro simi-

lis. multis famigerata fabulis, aduentu Europae, Pasiphaes, & Ariadnae amoribus, Minotauri feritate, fatóq;, Daedali operibus & fuga. tum statione atq; morte, maxime tamen eo quod ibi sepulti Iouis pene clarum uestigium sepulchrum, cui nomen eius insculptum esse accolae ostendunt. urbium notissimae Gnossos, Gortyna, Lyctos, Lycastos, Holopyxos, Paestos, Cydon, Marathusa, Dictina, inter colles, quod ibi nutritum Iouem accepimus, fama Idaei montis excellit. Iuxta est asticla. Naulachos Zephire. Chrisse. Gaudos & quas Musagorus numero tres uno tamen uocabulo appellant, atq; unde Carpathio mari cognomen est, Carpathos. In Adria Absoros, Celaduse. Absyrtis. Issa Trucones, Hydria, Electrides, Nigra Corcyra, Tragurium, Diomedia, Aestria, Asine. atq; ut Alexandriae, ita Brundusio adiacens Pharos.

Siciliae descriptio. Caput V.

S Icilia (ut ferunt) aliquando continens, et agro Brutio annexa. post freto maris Siculi abscissa est. Id angustum, & anceps alterno cursu, modo in thuscum modo in Ionium pelagus perfluit, atrox saeuum et Scyllae, Charybdisq; saeuis nominibus inclytum. Scylla saxum est, Charybdis mare. Vtrunq; noxium appulsis. ipsa ingens & tribus promontorijs in diuersa procurrens graecae literae, imaginē, quae delta dicitur, efficit. Pachynum uocatur, quod Graeciam spectat. Lylibaeum, quod in Africam. Pelorum, quod in Italiam uergens Scyllae aduersum est. causa nominis Pelorus

gubernator ab Annibale ibidem conditus, quem idem uir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti uidebantur continua esse litora, & non peruium pelagus, proditum se arbitratus, occiderat. Ab eo ad Pachynum ora, quæ extenditur Ionium mare attingens hæc fert illustria, Messanam, Tauromenium, Cantinam, Megarida, Syracusas, & in his mirabilem Arethusam. fons est, in quo uisuntur iacta in Alpheum amnem, ut diximus, peloponnesiaco litori infusum. unde ille creditur non se consociare pelago, sed subter maria, terrasq; depressus, huc agere alueum, atq; hic se rursus extollere. inter Pachynum & Lilybæum & Agragas est, & Heraclea, et Therme. inter Lilybæum et Pelorida, Panormus, & Imera. interius uero Leontini & Centuripinum et Hibla, aliæq; complures. famam habet ob Cæreris templũ Aetna præcipua montium Eryx maxime memoratur, ob delubrum Veneris ab Aenea conditum. & Aetna, quæ Cyclopas olim tulit, nunc assiduis ignibus flagrat. de amnibus Imera referendus, quia in media admodum ortus, in diuersa decurrit, scindensq; eam utrinq; alio ore in Libycum, alio in thuscum mare deuenit. circa Siciliam in siculo freto est Aeææ, quam Calypso habitasse dicitur. Africam uersus Gaulos, Melita, Cosura, propius Italiam Galata, & illæ septem, quas Aeoli appellant. Ostrodes, Lipara, Heratea, Didyma, Phœnicussa, Ericussa. Aetna perpetuo flagrat igne. Hiera et Strongile & Pithecussa, Leucothea. Aenaria. Sidonia, Capreæ, Prochita, Pontiæ, Pandatoria, Sinonia, Parmaria Italico lateri ci-

tra tyberina ostia iacent. ultra aliquot sunt paruæ Dianiũ, Iginiũ, Carbania, Gorgona, Ilua, Capraria. duæ grandes, fretoq; diuisæ hetrusco, Corsica & Sardinia. quarum Corsica litori propior inter latera tenuis, & longa præterquam ubi aperta, et marianæ coloniæ sunt, à barbaris colitur. Sardinia africũ pelagus attingens, nisi qđ in occidentẽ q̃ in orientem angustius spectat, par et quadrata undiq; et nusquã non aliquãto spatiosior, q̃ ubi longissima est Corsica, cæterũ fertilis & soli quã cœli melioris, atq; ut fœcunda, ita penè pestilens. in ea antiquissimi populorũ sunt Ilienses. urbiũ antiquissimæ Calaris, et Sulci. at in Gallia, quas referre conueniat, solæ sunt Stœchades, ab ora Ligurũ ad Massiliã usq; dispersæ Baleares in Hispania, contra tarraconensia litora sitæ nõ longe inter se distant, & ex spatio sui cognominibus acceptis maiores, minoresq; perhibentur. Castella sunt in minoribus Lamno & Mago. in maioribus Palma & Polentia coloniæ, Ebusos eregione promontorij, quod in Sucronensi sinu Ferrariã uocant, eodẽ nomine urbẽ habet, frumentis tantũ non fœcũda, ad alia largior, & oĩum aĩalium, quæ nocẽt, adeo expers, ut nec ea quidem, quæ de agrestibus mitia sunt, aut generet, aut si inuecta sunt, sustineat. contra est Colubraria, cuius meminisse succurrit, quod cum scateat multo, ac malefico genere serpentum, et sit ideo inhabitabilis, tamẽ ingressis eã intra id spatiũ, qđ Ebusitana humo circũ signauerunt, sine pernitie et tuta est ijsdem illis serpẽtibus, qui solẽt obuios appetere, aspectum eius pulueris aliud'ue, quod uerius, procul et cũ pauore fugiẽtibus.

POMPONII MELAE LIBER TERTIVS.

Descriptio circuitus Oceano Mari cincti. Cap. I.

d

Icta est ora nostri maris, dictae insulae, quas amplectitur, restat ille circuitus, quem, ut initio diximus, cingit oceanus. ingens & infinitum pelagus & magnis aestibus concitum, ita enim motus eius appellant, modo inundat campos, modo late nudat ac refugit. nunc alios, aliosq; inuicem, neq; alternis accessibus, nunc in hos, nunc in illos impetu uersum. sed ubi in omnia litora, quãuis diuersa sint terrarũ insularumq; in medio pariter effusum est. rursus ab illis colligitur in medium & in semetipsum redit. tanta ui semper immissum, ut uasta etiam flumina retroagat, & aut terrestria deprehendat animalia, aut marina destituat. neq; adhuc satis cognitum est anhelitu'ne suo id mundus efficiat, retractamq; cum spiritu regerat undam undiq; si, ut doctioribus placet, unum animal est, an sint depressi aliqui specus, quo reciproca maria residant, atq; unde se rursus exuberantia attollant, an luna causas tantis meatibus praebeat. ad ortus certe eius, occasusq; uariantur, neq; eodem assidue tempore, sed ut illa surgit, ac demergitur, ita recedere atq; aduentare comperimus. huc egressos, sequentesq; ea, quae exeũtibus dextra sunt, aequor Atlanticũ et ora

Bæticæ frontis excipit, quæ (nisi quod semel, iterumq́; paululum in semet abducatur) usq; ad fluuium Anam pene recta est. Turduli & Bastuli habitant. in proximo sinu portus est, quem Gaditanum, & Lucus, quem Oleastrum appellant. tum castellum Ebora in litore. & procul à litore Asta colonia. extra Iunonis ara, templumq́; est. In ipso mari monimentum Geryonis scopulo magis, quàm insulæ impositum. Bætis ex terraconensi regione demissus, per hanc ferè mediam diu sicut nascitur, uno amne decurrit. post ubi nõ longe à mari grandem lacum facit, quasi ex uno fonte geminus exoritur, quantusq́; simplici alueo uenerat, tantus singulis effluit. tum sinus alter usq; ad finem prouinciæ inflectitur, eumq; parua oppida Olitingi, Ossonoba contingunt. at Lusitania trans Anam, qua mare atlanticum spectat, primum ingenti impetu in altum abit, deinde resistit ac se magis etiam quàm Bæticæ abducit. qua prominet bis in semet recepto mari in tria promontoria dispergitur. Anæ proximum, quia lata sede procurrens paulatim se, ac sua latera fastigiat. Cuneus ager dicitur, sequens sacrum uocant, magnum quod ulterius est. In Cuneo sunt Myrtilis Balsa Ossonoba. In sacro Lacobriga, & portus Annibalis. in magno Ebora. Sinus inter sunt, & est in proximo Salacia. In altero Vlyssipo. & tagi ostium amnis aurum, gemmasq́; generantis. ab ijs promontorijs ad illam partem, quæ recessit, ingens flexus aperitur. in eoq; sunt Turduli ueteres, Turdulorumq́; oppida, amnes autem in medium ferè. Munda ultimi promontorij latus effluens, & radices eiusdem ablu

ens Durius. frons illa aliquandiu rectam ripam habet. deinde modico flexu accepto mox paulũ eminet, tum reducta iterum, iterumq; recta margine iacens ad promontorium, quod Celticum uocamus, extenditur, totam celtici colunt, sed à Durio ad flexum Groni. fluuntq; per eos Auo Celandus. Næbis. Minius, et, cui obliuionis cognomen est, Limia. flexus ipse Lambriacam urbem amplexus recipit fluuios, læros & illam partem, quæ prominet, Præsamarchi habitant, perq; eos Tamaris & Sars, flumina non longe orta decurrunt. Tamaris secundum Ebora pontum. Sars iuxta turrem Augusti titulo memorabilem. cætera super Tamarici, Heriiq; incolunt in eo tractu ultimi. hactenus enim ad occidentem uersa litora pertinent, deinde ad septentriones toto latere terra conuertitur. à celtico promontorio ad Scythicum usq; ꝑpetua eius ora, nisi ubi modici recessus ac parua promontoria sunt. ad Cantabros penè recta est in ea primum Artabri sunt, & Lanasum celticæ gentis. deinde Astures. in Artabros sinus ore angusto admissum mare, nõ angusto ambitu excipiens adrobicam urbem & quatuor amnium ostia incingit. duo etiam inter accolentis ignobilia sunt. per alia duo meatus exit in Libũca. In Asturum litore Noegesta est oppidum, et tres aræ, quas sestianas uocant in peninsula sedent, et sunt augusti nomine sacræ, illustrantq; terras ante ignobiles. at ab eo flumine, quod saliam uocant, incipiunt oræ paulatim recedere, & latæ adhuc Hispaniæ magis, magisq; spatia contrahere, usqueadeo semet et terras angustantibus, ut earum rerũ spatium inter duo

maria dimidio minus sit, qua Galliã tangunt, quàm ubi ad occidentem litus exporrigunt. tractum Cãtabri & Varduli tenent. Cantabrorũ aliquot populi, amnes'q; sunt, sed quorum nomina nostro ore concipi nequeant, per eũdem et Salenos, Sauriũ, per Autrigones et Origemones, quos Nanassa descendit, & Deuil duplex triciũ tobolicum attingit, et deinde Iturissam et Easonem et Magrada. Varduli una gens hinc ad pyrenæi iugi promõtoriũ pertinẽs claudit Hispanias. sequitur Galliæ latus alterum, cuius ora primo nihil progressa in altum, mox tantundẽ penè in pelagus excedens, quantum retro Hispania abscesserat, Cantabricis fit aduersa terris, & grandi circuitu amplexa ad occidentem latus aduertit. tunc ad septentriones cõuersa iterũ longo, recto'q; tractu ad ripas Rheni amnis expanditur. Terra est frumenti præcipue & pabuli ferax, et amœna lucis immanibus. quicq̃d ex satis frigoris impatiẽs est, ægre, nec ubiq; alit. Salubris et noxio genere animaliũ minime frequẽs. gentes superbæ, superstitiosæ, aliquãdo etiã immanes, adeo ut hominem' optimã et gratissimam dijs uictimam crederent. manent uestigia ueritatis iam abolitæ, atq; ut ab ultimis cædibus temperant, ita nihilo minus, ubi deuotas altaribus admouere, delibãt. habent tamen et facundiã suam, magistros'q; sapientiæ Druidas. hi terræ, mundi'q; magnitudinẽ & formam, motus cœli, et syderũ, ac q̃d dij uelint, scire profitentur. docent multa nobilissimos gentis clàm et diu uicenis annis in specu, aut in abditis saltibus. unũ ex ijs, quæ præcipiunt, in uulgus effluit, uidelicet ut forent ad bella meliores

æternas esse animas, uitamq; alterã ad manes. itaq; cũ
mortuos cremant, ac defodiunt, apta uiuẽtibus olim
negotiorũ ratio, etiã et exactio crediti deferebatur ad
inferos. erantq; qui se in rogos suorũ uelut unà uictu
ri libenter immitterent. regio, quam incolunt, omnis
comata Gallia, populorũ tria summa nomina sunt,
terminanturq; fluuijs ingentibus. nam à Pyrenæo ad
Garunã Aquitania, ab eo ad Sequanã Celtæ. inde ad
Rhenum pertinent Belgæ, Aquitanorum clarissimi
sunt Ausci, Celtarũ Hedui. Belgarũ Treueri. urbesq;
opulẽtissimæ, in Treueris Augusta. In Heduis, Augu
stadunum. In Auscis, Elusaberrim. Garũna ex Py-
renæo monte delapsus, nisi cum hyberno imbre aut
solutis niuibus intumuit, diu uadosus, & uix nauiga
bilis fertur. at ubi obuius oceani exæstuantis accessi
bus, audactus est, ijsdẽq; retro remeantibus suas, illi
usq; aquas agit, aliquantum plenior, & quanto ma-
gis procedit, eo latior fit. ad postremum magni freti
similis, nec maiora tantum nauigia tolerat, uerum
etiam more pelagi sæuientis exurgens iactat naui-
gantes atrociter, utiq; si alio uentus, alio unda præci
pitat. In eo est insula Antros nomine, quam pende-
re & attolli aquis increscentibus ideo incolæ exi-
stimant, quia cum uideatur editior, aquis obiacet, ubi se
fluctus impleuit, illã operit, nec ut prius, tantũ abit, et
quæ ea, quibus ante ripæ, collesq; ne cernerentur obstite-
rant, tunc uelut ex loco superiore perspicua sunt. à Ga
rũnæ exitu latus illud incipit terræ procurrẽtis in pe
lagus, et ora Cantabricis aduersa litoribus, alijs popu
lis media eius habitantibus, ab Santonis ad Osismos

usque deflexa. ab illis enim iterum ad septentriones frons litorum respicit, pertinent'q; ad ultimos gallicarum gentium Morinos, nec portu, quem Gesoriacum uocant, quicquam habent notius. Rhenus ab alpibus decidens propè à capite duos lacus efficit uenetum & acronum. mox diu solidus, et certo alueo lapsus haud procul à mari huc & illuc dispergitur. Sed ad sinistrum amnis. etiamnum & donec effluat Rhenus ad dexteram, primo angustus & sui similis, post ripis longe ac late recedentibus iam non amnis, sed ingens lacus. ubi campos impleuit, Fleuo dicitur, eiusdem'q; nominis insulam amplexus fit iterum arctior, iterum'q; fluuius emittitur.

Germaniæ descriptio. Cap. II.

g Ermania hinc ripis eius usq; ad alpes, à meridie ipsis alpibus, ab oriente Sarmaticarum confinio gentium, qua septẽ trionem spectat, oceanico litore obducta est. q habitant, immanes sunt animis, atq; corporibus & ad insitam feritatem uaste utraq; exercent, bellando animos, corpora ad consuetudines laborum, maxime frigora, nudi agunt, ante quàm puberes sint, et longissima apud eos pueritia est. uiri sagis uelantur, aut libris arborum. quamuis sæua hyeme nandi nõ patientia tantum illis studium etiam est. bella cum finitimis gerunt. causas eorum ex libidine accersunt, neq; imperitandi, prolatandi'q; quæ possident, nam ne illa quidẽ enixe colunt, sed ut circa ipsos, quæ ia-

cent uasta

cent uasta sint. Ius in uiribus habent, adeo, ut ne latrocinij qdem pudeat, tantum hospitibus boni, mitesq; supplicibus. uictu ita asperi incultiq;, ut cruda etiam carne uescantur, aut recentia, aut cum rigentē in ipsis pecudum, ferarumq; corijs manibus, pedibusq; subigendo renouarunt. terra ipsa multis impedita fluminibus, multis montibus aspera, et magna ex parte syluis ac paludibus inuia. paludum, Suesia, Metia, & Melsiacum, maxima syluarum Hercynia, et aliquot sunt, quæ nomen non habent, sed illa dierum sexaginta iter occupans, ut maior alijs, ita & notior. montium altissimi Taunus et Rhetico, et alij, quorum nomina uix est eloqui ore romano. amnium in alias gentes exeuntium Danubius & Rhodanus. In Rhenū Mœnis & Lupia. In oceanum Amisius. Visurgis & Albis clarissimi. super Albim Codanus ingens sinus magnis, paruisq; insulis refertus est. Acremare, quod gremio litorum accipitur, nusquam late patet, nec usquam mari simile, uerum aquis passim interfluentibus, ac sæpe transgressis uagum atq; diffusum facie amnium spargitur. qua litora attingit ripis contentū insularum non longe distantibus, & ubiq; penè tantundem, ut angustum & par freto, curuansq; subinde se longo supercilio inflexum est In eo sunt Cymbri & Teutoni. ultra ultimi Germaniæ Hermiones. Sarmatia intus, quam ad mare latior ab ijs, quæ sequuntur, Visula amne discreta, qua retro abit usq; ad Istrum flumen immittit. gens habitu, armisq; parthicæ proxima. uerum ut cœli asperioris ita ingenij. non se urbibus tenent, & ne statis quidem sedibus,

ut inuitauere pabula, ut cædens & sequens hostis exi git, ita res, opesq; secum trahens semper castra habitat bellatrix, libera, indomita, & usqueeo immanis atq; atrox, ut fœminæ etiam cum uiris bella ineant. atq; ut habiles sint, natis statim dextra aduritur mãma. inde expedita in ictus mammæ, quæ exeritur, uirile fit pectus, arcus tendere, equitare, uenari, puellaria pensa sunt. ferire hostem adultarum stipendium est, adeo ut non percussisse pro flagitio habeatur. sitq; eis pœnæ uirginitatis nota. inde Asiæ confinia, nisi ubi perpetuæ hyemes sedent, & intolerabilis rigor, scythici populi incolunt ferè omnes etiam in unum Sagæ appellati. In asiatico litore primi Hyperborei super aquilonem, Ripheosq; montes sub ipso syderũ cardine iacent, ubi sol non quotidie ut nobis, sed primum uerno æquinoctio exortus autumnali demũ occidit. & ideo sex mensibus dies, & totidem alijs nox usq; continua est. terra angusta, aprica, per se fertilis, cultores iustissimi, & diutius, quàm ulli mortalium & beatius uiuunt. quippe festo semper otio læti, non bella nouere, non iurgia, sacris operati maxime Apollinis, quorũ primitias Delon misisse initio per uirgines suas, deinde per populos, subinde tradentes ulterioribus, moremq; eum diu, & donec uitio gentiũ turbatus est, seruasse referuntur. habitant lucos, syluasq;. & ubi eos uiuendi satietas magis quàm tædium cœpit, hilares redimiti sertis semetipsi in pelagus ex certa rupe præcipiti dant. id eis funus eximium est. mare caspium, ut angusto, ita longo etiam freto primum terras quasi fluuius irrumpit, atq; ubi recto al

ueo influxit, in tres sinus diffunditur contra os ipsum hyrcanum, ad sinistram in scythicum, ad dexteram in eum, quem proprie & totius nominis caspium appellant. omne atrox saeuum, sine portubus, procellis undiq; expositum, ac belluis magis quàm caetera refertum, & ideo minus nauigabile. ad introeuntium dextram Scythae Nomades freti litoribus insident. Intus sunt ad caspium sinum Caspij & Amazones, sed quas Sauromatidas appellant. ad hyrcanũ Albani & Moschi, & Hyrcani, in scythico Amerdi & Persici. etiam ad fretum Bebrices. multi in eo sinu magni, paruiq; amnes fluunt, sed qui famam habent, ex Ceraunis montibus uno alueo descendit, duobus exit in Caspium Araxes Tauri latere demissus. quoad campos Armeniae secat, labitur placidus & silens, neq; in utram partem eat, quanquam intuearis, manifestus, cum in asperiora deuenit hinc atq; illinc rupibus pressus & quanto angustior, tanto magis pernix. frangit se subinde ad opposita cautium, atq; ob id ingenti cum murmure, sonansq; deuoluitur adeo citus, ut qua ex praecipiti casurus est in subiecta non declinet statim unda, sed ultra quàm canalem habet, euehat plus iugeris spatio sublimis, & aquis pendentibus semetipsum sine alueo ferens. deinde ubi incuruus, arcuatoq; amne descẽdit, fit tranqllus. iterũq; per campos tacitus & uix fluens. in id litus elabitur Cyrus et Cãbyses ex radicibus coraxici montis uicinis fontibus editi, et in diuersa abeũt, p'q; Iberas et Hyrcanos diu et multũ distantibus alueis defluũt. post nõ longe à mari eodẽ lacu accepti in Hyrcanũ sinum uno

ore perueniunt. Laxartes & Oxos per deserta Scythiæ ex Sogdianorum regionibus in scythicum exeunt. Ille suo fonte grandis, hic in cursu aliorũ grandior, & aliquandiu ad occasum ab oriente occurrens iuxta Daas primum inflectitur, cursuq́; ad septentrionem conuerso inter Amardos & Pesicasos aperitur. Syluæ alia quoq; dira animalia, uerum & tigres ferunt, utiq; Hyrcaniæ, sæuum ferarum genus, et usq; eo pernix, ut illis longe quoq; progressum equitem consequi, nec tantum semel, sed aliquoties etiam, cursu unde cœperit, subinde repetito, solitum & facile sit. causa ex eo est, quod ubi illæ interceptos earum catulos catus cœpit auehere, & rabiem appropinquantium frustraturus astu, unum de pluribus omittit. hæ proiectum accipiunt, & ad cubilia sua referunt, rursumq́; & sæpius remeant, atq; idem efficiunt, donec ad frequẽtiora quàm adire audeant, profugus raptor euadat. ultra caspium sinum quidnam esset, ambiguum aliquandiu fuit. idem'ne oceanus, an tellus infesta frigoribus sine ambitu, ac sine fine proiecta. sed præter physicos, Homerumq́;, qui uniuersum orbem mari circunfusum esse dixerunt, Cornelius Nepos, ut recentior authoritate, sic certior. testem autem rei Q. Metellum Celerem adijcit, eumq; ita retulisse commemorat. Cum Galliæ proconsul præesset, Indos quosdam à rege Sueuorum dono sibi datos. Vnde in eas terras deuenissent requirẽdo cognosse, ui tempestatum ex indicis æquoribus abreptos, emensosq́;, quæ intererant, tandẽ in Germaniæ litora exijsse. restat ergo pelagus. sed reliqua lateris eiusdem assiduo gelu du-

rantur, et ideo deserta sunt. his oris, quas angulo Baeticae adhucusq; perstrinximus, multae ignobiles insulae, & sine nominibus etiam adiacent, sed earum, quas praeterire nó libeat, Gades fretum attingit, eaq; à continenti angusto spatio, & ueluti flumine abscissa, qua terris propior est pene rectam ripā agit. qua oceanum spectat, duobus promontorijs euecta in altum, medium litus abducit, et fert in altero cornu eiusdem nominis urbem opulentam, in altero templum Aegyptij Herculis, conditoribus, religione, uetustate, opibus illustre. Tyrij condidere, cur sanctum sit, ossa eius ibi sita efficiunt. annorum quis manet numerus ab iliaca tempestate principia sunt. opes tempus aluit. In Lusitania Erithria, quam Geryone habitatam accepimus, aliaéq; sine certis nominibus, adeo agri fertiles, ut cum semel sata frumenta sint, subinde recidiuis seminibus segetem nouantibus, septem minimū, interdum plures etiam messes ferant. in Celticas aliquot sunt, quas, quia plumbo abundant, uno omnes nomine Cassiterides appellant. Sena in britannico mari osinicis aduersa litoribus. Gallici numinis oraculo insignis est, cuius antistites perpetua uirginitate sanctae numero nouem esse tradūtur. Gallicenas uacant, putantq; ingenijs singularibus praeditas, maria ac uētos concitare carminibus, seq; in quae uelint animalia uertere, sanare, quae apud alios insanabilia sunt, scire uentura & praedicare, sed non nisi dedita nauigantibus, & in id tantum, ut se consulerent profectis.

Britaniæ descriptio. Caput. III.

b Ritania qualis sit, qualesq; progeneret, mox certiora & magis explorata dicentur. quippe tandiu clausam aperit. ecce principum maximus, nec indomitarum modo ante se, uerum ignotarum quoq; gentium uictor, propriarum rerum fidem ut bello affectauit, ita triumpho declaraturus portat. cæterum ut adhuc habuimus, inter septentrionem, occidentemq; proiecta grandi angulo Rheni ostia prospicit. deinde obliqua retro latera abstrahit, altero Galliam, altero Germaniam spectans. tum rursus perpetua margine directi litoris ab tergore abducta, iterum se in diuersos angulos cunea triquetra, & Siciliæ maxime similis, plana, ingens, fœcunda, uerum ijs, quæ pecora, quàm homines benignius alant. fert nemora, saltus, ac prægrandia flumina alternis motibus modo in pelagus, modo retro fluentia, & quædam gemmas, margaritasq; generantia. fert populos, regesq; populorum, sed sunt inculti omnes, atq; ut longius à continenti absunt, ita aliarum opum magis ignari, tantum pecore ac finibus dites incertum ob decorem, an quid aliud, ultro corpora infecti. Causas autem bellorum & bella contrahunt, ac sic frequẽter inuicem infestant, maxime imperitandi cupidine, studioq; ea prolatandi, quæ possident. dimicant non equitatu modo aut pedite, uerum & bigis & curribus gallice armati. Couinos uocant, quorum falcatis axibus utuntur. super Britaniam Ibernia est, penè par spatio, sed utrinq;

æqualis, tractu litorum oblonga, cœli ad maturanda semina iniqui, uerum adeo luxuriosa herbis non lætis modo, sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant, & nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta dissiliant. cultores eius inconditi sunt, & omnium uirtutum ignari, quàm aliæ gentes, aliquatenus tamen gnari. pietatis admodum expertes. triginta sunt orchades angustis inter se deductæ spatijs. septem Hemodes contra Germaniam uectæ in illo sinu, quẽ Codanum diximus. ex ijs Codanonia, quã adhuc Teutoni tenent, & ut fœcunditate alias, ita magnitudine antestat. quæ Sarmatis aduersa sunt, ob alternos accessus, recursusq; pelagi, & quot spatia queis distant, modo operiũtur undis, mò nuda sunt. aliâs insulæ uidentur, aliâs una & continens terra. In his esse Oonas, qui ouis auium palustrium, et auenis tantum alantur, esse equinis pedibus hippopodas, & Satmalos, quibus magnæ aures, & ad ambiendum corpus omne patulæ, nudis alioquin prouecti sunt præterquam quod fabulis traditur. authores etiam, quos sequi non pigeat, inuenio. Thyle Belgarum litori apposita est, graijs & nostris celebrata carminibus. in ea quod sol longe occasurus exurgit, breues utique noctes sunt, sed per hyemem, sicut alibi obscuræ, æstate lucidæ, quod per id tempus iam se altius euehens, quanquam ipse non cernatur, uicino tamen splendore proxime illustrat, per solstitiũ uero nullæ, qđ tum iam manifestior nõ fulgore modo, sed sui quoq; partem maximam ostentat. Talge in caspio mari sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus

abundás. Sed uicini populi, quæ gignuntur attingere nefás, & pro sacrilegio habent, diis parata existimantes, diisq; seruanda. aliquot & in iis oris, quas desertas diximus, æque deserte adiacent, quas sine propriis nominibus scythicas uocant. ab iis in eorum recursus inflectitur, inq; oram terræ spectantis orientem pertinet. hæc à scythico promontorio apposita primũ omnis quæ est inuia, deinde ob immanitatem habitantium inculta. Scythæ sunt androphagæ, & Sagæ distincti regione, quia feris scatet, inhabitabili, uasta deinde iterum loca belluæ infestant, usq; ad montem mari imminentem nomine Thabim. longe ab eo, Taurus attollitur. Seres intersunt genus plenum iustitiæ & commertio, quod rebus in solitudine relictis absens peragit.

Indiæ descriptio. Caput. IIII.

n

Otissima India non eoo tantum apposita pelago, sed & quod ad meridiem spectans indicum diximus, & hinc Tauri iugis, ab occidente inde finita, tantum spatium litoris occupat, quantum per sexaginta dies, noctesq; uelificantibus cursus est. ita multum à nostris abducta regionibus, ut in aliqua parte eius neuter septentrio appareat, aliterq; quàm in aliis oris umbræ rerum ad meridiem iacent. cæterum fertilis, & uario genere hominum aliorumq; animalium scatet. alit formicas non minus maximas canibus, quas more gryphorum aurum penitus ege-

stum, cum summa pernitie attingentium custodire cō
memorant. Immanes & serpentes aliqui, ut elephan
tes morsu atque ambitu corporis afficiant, tam pinguis
alicubi et tam feracis soli, ut in eam mella frondibus
defluant. Lanas syluæ ferant. arundinum scissa in-
ternodia, ueluti nauitas binos & quædam ternos
etiam uehant. cultorum habitus mores'q; dissimiles.
lino alij uestiuntur, aut lanis, quas diximus. Alij fe-
rarum auium'q; pellibus. pars nudi agunt, pars tantū
obscœna uelati. alij humiles parui'q;, alij ita proceri
& corpore ingentes, ut elephantibus etiam & ibi ma
ximis, sicut nos equis facile atq; habiliter utantur.
quidam nullum animal occidere, nulla carne uesci o-
ptimum existimant. quosdam tantum pisces alunt. qui
dam proximos, parentes, prius quàm annis aut ægritu
dine in maciem eant, uelut hostias cædunt, cæso-
rum'q; uisceribus epulari fas, & maxime pium est.
at ubi senectus aut morbus incessit, procul à cæteris
abeunt, mortem'q; in solitudine nihil anxij expectāt.
prudentiores eis, quibus ars studium sapientiæ contin
git, non expectant eam, sed ingerendo semet ignibus
læti & cum gloria accersunt. urbium, quas incolunt
(sunt autem plurimæ) Nisa est clarissima & maxi-
ma. montium Meros Ioui sacer. famam hinc præcipu-
am habent in illa genitum. in huius specu Libe-
rum patrem arbitrantur esse nutritum. unde græcis
authoribus, ut femori Iouis insitum dicerent, aut
materia ingessit, aut error. oras tenent ab Indo ad
Gangem Palibotri. à Gange ad solida Nisu. ubi ma
gis quàm ubi habitetur, exæstuat atræ gentes, et quo-

dammodo Aethiopes. ab Iolide ad eudum recta sunt litora, nudiq; populi, et marinis opibus affatim dites. Tamos promontorium est, quod Taurus attollit, collis alternis partis angulus, initium'q; lateris ad meridiem uersi. Ganges & Indus amnes, ille multis fontibus in Hæmo Indiæ monte conceptus, simul unum alueum fecit. fit omnium maximus, et alicubi latius quando angustissime fluit, decem millia passuum patens, in septem ora dispergitur. Indus ex monte Paropamiso exortus, et alia quidem flumina admittit. sed clarissima Cophem, Acesinen, Hydaspen, cóceptam'q; pluribus alueis undam lato spatio trahit. hinc pene Gangem magnitudine exæquat. post ubi aliquot sæpe magnis flexibus cingit iugum ingens, iterum rectus, solidus'q; descendit, donec ad læuam, dextrá'q; se deducens duobus ostijs longe distantibus in oceanum exeat. ad Tamum insula est Chryse. Ad Gangem Argyre. altera aurei soli (ita ueteres tradidere) altera argentei, atq; ita, ut maxime uidetur, aut ex re nomen, aut ex uocabulo fabula est. Taprobane autem grandis admodum insula, ut prima pars orbis alterius à plerisq; esse credatur, sed qa habitatur, nec quisquam circùm eam esse traditur, propè uerum est. contra inde illa ostia sunt, quæ uocantur Solis, adeo inhabitabilia, ut ingressos uis circunfusi aeris exanimet confestim, & inter ipsa ostia rara tenet regio ob æstus intolerabiles alicubi cultoribus egens. inde ad principia rubri maris pertinet ipsa inuia, atq; deserta humus cineri magis fit quàm pulueri similis, ideo'q; per eam rara, & non grandia flumina emanant, quo-

rum Tuberonem et Arusacem notissima accepimus. Rubrum mare græci, siue quia eius coloris est, siue quia ibi Erythras regnauit, ἐρυθρὰν θάλασσαν appellant procellosum, asperum, mare profundum, & magnorum animalium magis quàm cætera capax, primo recedentis oras æqualiter impellit. & ut non intret interius aliquantum patens sinus erat, sed quas ripas inflexerat bis irrumpit, duosq; iterum sinus aperit, persicus uocatur dictis regionibus propior, Arabicus ulterior. Persicus qua mare accipit utrinq; rectis lateribus grande ostium, quasi ceruice complectitur. deinde terris in omnem partem uaste & æqua portione cædentibus magno litorum orbe pelagus incingens reddit formam capitis humani. Arabici & eos arctius, & latitudo minor est, maior aliquanto recessus, & multo magis longa latera init penitus, introrsusq; dum Aegyptum penè & montem Arabiæ Casium attingit, quodam fastigio minus, ac minus latus, & quo magis penetrat, angustior, ab ijs, quæ diximus, ad sinum persicum, nisi ubi Chelonophagi morantur, deserta sunt. in ipso Carmanij nauigantium dextra positi sine ueste ac fruge, sine pecore ac sedibus, piscium cute se uelant, carne uescuntur, præter capita toto corpore hirsuti. interiora Cedrosi dehinc Persæ habitant. æthis per Carmanios, supra Andanis & corios effluunt. in parte, quæ pelagi ostio aduersa est, Babyloniorum fines Chaldæorumq; sunt, & duo clari amnes, Tigris Persidi propior, ulterior Euphrates. Tigris ut natus est, ita descendens usq; ad litora permeat. Euphrates

immaniore aperto non exit tantum unde otitur, sed et uaste quoq; decidit, nec secat continuo agros late diffusus in stagna, diu sedentibus aquis piger, & sine alueo patulus. post ubi marginem rupit, uere fluuius, acceptisq; ripis celer et fremens per Armenios et Cappadocas occidentem petit, ni Taurus obstet, in nostra maria uenturus. inde ad meridiem auertitur, & primum Syros, tum Arabas ingressus, non perdurat in pelagus, uerum ingens modo & nauigabilis, inde tenuis riuus despectus emoritur, & nusquam manifesto exitu effluit, ut alij amnes, sed deficit. alterum latus ambit plaga, quæ inter utrunq; pelagus excurrit, Arabia dicitur, cognomen εὐδαίμων, angusta, uerũ Cinnami & thuris, aliorumq; odorum maxime ferax. maiorem Sabæi tenent partem ostio proximam & Carmanijs, contrariam partem Macæ, quæ inter ostia ostenditur, syluæ, cautesq; exasperant. aliquot sunt in medio insulæ sitæ, Ogyris, quod in ea Erythræ regis monimentum est, magis clara, quàm cæteræ. Alterum sinum undiq; Arabes incingunt ab ea parte, quæ introeuntibus dextra est. Vrbes sunt Carræ & Arabia & Gadamus, in altera ab intimo angulo, prima Beronice inter Hieropoliticum & Scrobilum. deinde inter promontoria Moronenon, et Colloca Philoteris, & Ptolemais ultra Arsinoe, & alia Beronice. tum sylua, quæ hebenum, odoresq; generat, & manu factus amnis. ideoq; referendus, quod ex Nili alueo Dioryge adductus extra sinũ, uerum inflexum tamen etiam num rubri maris pars bestijs infesta, ideoq; deserta est. partem Panchæi habitant, hi

quos ex facto, quia ſerpentibus ueſcuntur ὀφιοφάγους uocant. fuere interius Pygmæi minutum genus, & quod pro ſatis frugibus contra grues dimicando defecit. ſunt multa uolucrum, multa ſerpentum genera. de ſerpentibus memorandi maxime quos paruos admodum & ueneni præſentis certo anni tempore, ex limo concretarũ paludium, emergere in magno examine uolantes Aegyptum tendere, atq; in ipſo introitu finium ab auibus, quas Ibidas appellant, aduerſo agmine excipi, pugnaſq; confici traditum eſt. de uolucribus præcipue referenda Phœnix ſemper unica. non enim coitu concipitur, partu'ue generatur, ſed ubi quingentorum annorum æuo perpetuo durauit, ſuper exaggeratam uarijs odoribus ſtruem ſibi ipſa incubat, ſoluitur'q; deinde putreſcentium membrorum tabe concreſcens ipſa ſe concipit, atq; ex ſe rurſus renaſcitur. cum adoleuit, oſſa priſtini corporis incluſa myrrha Aegyptum exportat. atq; in urbem, quàm ſolis appellant, fragrantibus nardo buſtis inferens memorando funere conſecrat. ipſum promontorium, quo id mare clauditur à Ceraunis ſaltibus inuium eſt. Aethiopes ultra ſedent. Meroem habent terram, quam Nilus primo ambitu amplexus, inſulam facit. pars quia uitæ ſpatium dimidio ferè, quàm nos longius agunt Macrobij. pars, quia ex Aegypto aduenere, dicti Automolæ, pulchri forma, & qui corporis, parumq; ueneratiores, ueluti optimarum alij uirtutum in illis mos eſt, cui potiſſimum pareant ſpecie ac uiribus legere, apud hos plus auri, quàm Perſis eſt. Ideo quod minus eſt, pretioſius cenſent. ære exor

nantur. auro uincula sontium fabricant. Est locus apparatis epulis semper refertus, & quia, ut libet, uesci uolentibus licet, ἡλίου τράπεζαν appellant, & quæ passim apposita sunt, affirmant innasci subinde diuinitus. Est lacus, quo perfusa corpora quasi uncta pernitent. bibitur idem, adeo est liquidus & ad sustinenda quæ incidunt aut immittuntur, infirmus, ut folia etiam proximis decisa frondibus, non innatantia ferat, sed passim & penitus accipiat. sunt & sæuissimæ feræ, omni colore uarij Lycaones, & quales accepimus sphingas. sunt miræ aues cornutæ. Thragopomenes & equinis auribus Pegasi. cæterum oras ad Eurum sequentibus nihil memorabile occurrit. uasta omnia uastis præcisa montibus. ripæ potius sunt, quàm litora. inde ingens & sine cultoribus tractus dubium. Atque aliquandiu fuit, esset'ne ultra pelagus, caperet'ne terra circuitum, an exhausta anfractu sine fine Africa se extenderet, uerũ et si Hanno Carthaginensis exploratum missus à suis, cum per oceani ostia exisset, magnam partem eius circũuectus, non se mari, sed cõmeatu defecisse memoratu retulerat. & Eudoxus quidã auorũ nostrorũ tpibus cum Lathanũ regem Alexandriæ profugeret, arabico sinu egressus per hoc pelagus, ut Cornelius Nepos affirmat, gades usq; peruectus est. ideo eius oræ nota sunt aliqua. sunt autem trans ea, quæ modo deserta diximus, muti populi, et quibus pro eloquio nutus est. alij sine sono linguæ, alij sine linguis, alij labris etiam cohærentibus, nisi quod sub naribus etiam fistula est, per quam bibere

auent. sed cum incessit libido uescendi, grana singula frugum passim nascentium absorbere dicuntur. sunt quibus ante aduentum Eudoxi adeo ignotus ignis fuit, adeoq; uisus mirum in modum placuit, ut amplecti etiam flammas, & ardentia sinu abdere, donec noceret, maxime libuerit. super eos grandis litoris flexus grandem insulam includit, in qua tantum fœminas esse narrant toto corpore hirsutas, & sine coitu marium sua sponte fœcundas, adeo asperis efferisq; moribus, ut quædam contineri, ne reluctentur, uix uinculis possint. hoc Hanno retulit, & quia detracta occisis coria pertulerat, fides habita est. Vltra hunc sinum mons altus ut græci uocant, θεῶν ὄχημα perpetuis ignibus flagrat. ultra montem uiret collis longo tractu longis litoribus obductus. unde uisuntur patentes magis campi, quàm ut prospici possint. Panum Satyrorumq; hinc opinio causæ fidem cepit, qđ cum in his nihil culti sit, nullæ habitantium sedes, nulla uestigia, solitudo in diem uasta, & silentium uastius. nocte crebri ignes micant, et ueluti castra late iacentia ostendũtur. Crepant cymbala, & tympana, audiunturq; tibiæ sonantes maius humanis. tunc rursus Aethiopes, nec iam dites, quos diximus, nec ita corporibus similes, sed minores incultiq; sunt, & nomine hesperio. in horum finibus fons est, quem Nili esse aliquibus credibile est. Nuchul ab incolis dicitur, & uideri potest non alio nomine appellari, sed à barbaro ore corruptus. alter purum. & minora quidem eiusdem tamen generis animalia aliis amnibus in oceanum uergenti-

bus, solus in mediam regionem ad orientem abit, & quonam exeat incertum est. inde colligitur Nilum hoc fonte conceptum, auctumq; aliquandiu perinuia & ideo ignotum, iterum se ubi ad ea possit, ostendere. cæterum spatio, quo absconditur, effici ut hic alio cedere, ille aliunde uideatur exurgere. Catoblepas nõ grandis fera, uerum grande & pergrande caput ægre sustinens, atq; ob id in terram plurimum ore cõuersa, apud hos gignitur, ob uim singularem magis etiam referenda, quod cum impetu, morsuq; nihil unquam sæuiat, oculos eius tantum uidisse mortiferum. contra eosdẽ sunt insulæ Dorcades, domus (ut aiũt) aliquando Gorgonum. ipsæ terræ promontorio, cui ἑσπέρου κέρας nomen est, finiuntur. inde incipit frons illa, quæ in occidentem uergens mari atlantico abluitur. prima eius Aethiopes tenent, media nulli. nã aut exusta sunt, aut arenis obducta, aut infesta serpentibus. exustis insulæ appositæ sunt, quas Hesperidas tenuisse memoratur. in arenis mons est satis dense consurgens, uerum incisis undiq; rupibus præceps, inuius & quo magis exurgit exilior, quiq; altius q̃ conspici potest, usq; in nubila erigitur, cœlum & sydera non tangere modo uertice, sed sustinere quoq; dictus est. contra fortunatæ insulæ abundant sua sponte genitis, & subinde alijs super alijs innascentibus, nihil solicitos alunt beatius, quàm aliæ urbes exultæ. una singulari duorum fontium ingenio maxime insignis, alterum qui gustauere risu soluũtur in mortem. ita affectis remedium est ex altero bibere. ab eo tractu, quem feræ infestant, proximi sunt Himantopodes

topodes inflexi lentis cruribus, quos serpere potius q̃ ingredi referunt. deinde Pharusi aliquando tendente ad Hesperidas Hercule dites, nunc inculti, & nisi quod pecore aluntur, admodum inopes. hinc iam lætiores agri, amœniq; saltus. Terotæ. Berini ebore abundãt. Nigritarum, Getulorumq; passim uagantium, ne litora quidem infœcunda sunt purpura, & muricæ efficacissimus ad tingendum, & ubi quæ tinxere, clarissima. reliqua est ora Mauritaniæ exterior, & in finem sui fastigiantis se Africæ nouissimus angulus, ijsdem opibus, sed minus diues. cæterum solo etiam ditior, et adeo fertilis est, ut frugum genera non cum serantur modo benignissime procreet, sed quædam profundat etiam nota. hic Antæus regnasse dicitur. et signum, quod fabulæ clarum, prorsus ostenditur collis modicus resupini hominis imagine iacentis, illius ut incolæ ferunt, tumulus, unde ubi aliqua pars eruta est, solẽt imbres spargi, & donec effossa repleantur, eueniunt. hoium pars syluas frequentant minus q̃ quos modo diximus uagi, pars in urbibus habitant, quarum ut inter paruas opulentissimæ habentur procul à mari gildano, Dulbritrania. propius autem Sala & Lyxo flumini Lunxo proxima. Vltra est colonia, et fluuius Gna. &, unde initium fecimus, Ampelusia in nostrũ iam fretum uergens promontorium operis huius atq; Atlantici litoris terminus.

INDEX.

EX PRIMO LIBRO.

EX SECVNDO LIBRO.

EX TERTIO LIBRO.

SOLINI POLYHISTOR.

SOLINI EPISTOLA AD AVTIVM EX VETVSTISSIMO CODICE DESCRIPTA.

q Voniam quidam impatiẽtius, quàm studiosius opusculum, quod moliebar, intercipere properarunt, idq́; etiam tum minus politum prius in medium dederũt. quàm inchoatæ rei summa manus imponeretur, & nunc exemplaribus corruptis, quæ damnata sibi quasi prolata etiam referunt. Posterius quod ad incrementum cognitionis accesserunt cura longiore ne forte rudis, & imperfecta materia, uelut spectatus in me liber, in manus tuas deferretur opusculum sententiæ à me digestum, ut nosceres misi. Primo quod referendus ad industriam tuam fuit tenor dispositionis, deinde ut scabræ adhuc informationis proditio, editione uera extingueretur. Exit igitur titulus operi isti polyhistor. Nanq; in exordio designaueram solũ collectanea rerum memorabilium, cum iis, quæ libe rauimus, placuit obueterari. Collecta igitur hac epistola cum ea, quæ auspicium scriptionis facit, intelligis eodem te loco habitum, quo cum tui laboris nostri summam dedicauimus.

C. IVLIVS SOLINVS AV TIO SVO. S. P. D.

c Vm & aurium clementia, & optima-
rum artium ſtudijs præſtare te cæteris
ſentiam, id'q; oppido expertus, de beneuo
lẽtia tua nihil temere percæperim, puta
ui examen opuſculi huius tibi potiſſimum dare, cu-
ius uel induſtria promptius ſuffragiũ, uel benignitas
ueniam ſpondebat faciliorem. Liber eſt ad compendi
um præparatus, quantuncunq; ratio paſſa eſt ita mo-
derate repreſſus, ut nec in eo prodiga ſit copia, nec da
mnoſa concinnitas, cui ſi non propius intenderis, uelut
fermentum cognitionis magis ei ineſſe, quàm bracteas
eloquentiæ deprehendes. Exquiſitis enim aliquot uo-
luminibus, ſtuduiſſe me compendio fateor, ut & à no-
tioribus pedem referrem, et remotis longius immora-
rer. locorum commemoratio plurimum tenet in quã
partem ferme inclinatior eſt uniuerſa materies, quo-
rum cummeminiſſe, ita uiſum eſt, ut inclytos terrarũ
ſitus, & inſigneis tractus maris, ſeruata orbis diſtin
ctione, ſuo quæq; ordine redderemus. Inſeruimus eti
am pleraq; differenter congruentia. ut ſi nihil aliud,
ſaltem uarietas ipſa, legentium faſtidio mederetur. in
ter hæc hominum, & aliorum animalium naturas
expreſſimus. Addita ſunt pauca de arboribus, & de
lapidibus exoticis, de extimarum gentium formis, de
ritu diſſono abditarum nationum. Nonnulla etiam
memoratu digna, quæ prætermittere incurioſum uide
batur, quorum'q; authoritas, quod in primis indu-

striae tuae insinuatū uelim, de scriptoribus manat recε ptissimis. Quid enim proprium nostrum esse poterit? cum nihil omisserit antiquitatis diligentia, quod intactum ad hoc usq; aeui perseueret. Quapropter quaeso te, ne de praesenti tempore editionis huius fidem libres, quandoquidem uestigia ueteris monetae persecuti opiniones uniuersas eligere maluimus, potius, quàm innouare. Itaq; siqua ex istis, secus, quàm opto, in animum tuum ueniant, des uelim infantiae meae ueniam. Constantia ueritatis penes eos est, quos secuti sumus. Sicut ergo ij, qui corporum formas aemulantur, postpositis quae reliqua sunt ante omnia effigiat modum capitis, nec in alia membra prius lineas destinant, quàm ab ipsa, ut ita dixerim, figurarū arce, auspicium faciant inchoandi. Nos quoq; à capite orbis, idest ab urbe Roma principium capessemus, quamuis nihil super ea doctissimi authores reliquerint, quod possit in nouum praeconium suscitari, ac penè super uacuum sit relegere tramitem decursum tot annalibus, ne tamen prorsus dissimulata sit, originem eius, quanta ualemus, prosequamur fide.

IVLII SOLINI POLYHISTOR.

De origine urbis Romæ Caput I.

SVNT Qui uideri uelint Romæ uocabulum ab Euandro primum datum, cum oppidum ibi offendissent, quod extructum antea Valentiam dixerat iuuentus latina, seruataq; significatione impositi prius nominis, ΡΩΜΗΝ græce Valentiam nominatam, quam Arcades, quoniam in excelsa parte montis habitassent. deriuatum deinceps ut tutissima urbium arces uocarentur. Heraclidi placet Troia capta quosdam ex Achiuis in ea loca, ubi nunc Roma est, deuenisse per Tyberim, deinde suadēte Rhome nobilissima captiuarum, quæ his comes erat, incensis nauibus posuisse sedes, struxisse mœnia, & oppidū ab ea Rhomen uocasse. Agathocles scribit Rhomen non captiuā fuisse, ut supradictum est, sed Ascanio natam Aeneæ neptem appellatiōis istius causam fuisse. Traditur etiam proprium Romæ nomen. Veruntamen uetitum publicari, quandoquidem quo minus enuntiarentur cærimoniarum arcana sanxerunt, ut hoc pacto notitiam eius aboleret fides placitæ taciturnitatis. Valerium deniq; Soranū quod contra interdictū eloqui id ausus foret ob meritum profanæ uocis, neci datū. Inter antiqssimas sane religiones sacellum colitur Angeronæ, cui sacrificatur ante diē. XII. Cal. Ianuar.

diua præsul silentii ipsius prænexo, obsignatóq; ore simulachrum habet.

De consecratione Vrbis Caput II.

d E temporibus Vrbis conditæ ambiguitatem quæstiones excitant, quod quædam ibi multo ante Romulum condita sint. Quippe arã Hercules, quam uouerat, si amissas boues reperisset, punito Caco patri inuentori dicauit. Qui Cacus habitauit locũ, cui Salinæ nomen est, ubi trigemina nunc porta. Hic, ut Cœlius tradit, cum à Tarchone Tyrrheno, ad quem legatus uenerat Marsyæ Regis, socio Megale Phryge custodiæ foret datus, frustratus uincula, unde uenerat rediit, præsidiis amplioribus occupato circa Vulturnũ, & Campaniam regno, dum etiam ea attrectare auderet, quæ concesserant in Arcadum iura, duce Hercule, q tunc forte aderat, oppressus est, et Megalem Sabini receperunt, disciplinam augurandi ab eo docti, suo quoq; numini idem Hercules instituit aram, quæ maxima apud Pontifices habetur, cum se ex Nicostrate Euandri matre, quæ à uaticinio Carmentis dicta est, immortalem comperisset, conseptum etiam intra, quod ritus sacrorum factis bouicidiis docuit potitios. Sacellum Herculis in boario foro est, in quo argumenta conuiuii lætæ maiestatis ipsius remanent. Nam diuinitus illò neq; canibus neq; muscis ingressus est. Etenim cum uisceratione sacrificii libaret, Myagrum deum dicitur imprecatus, clauam uero in aditu reli-

quisse, cuius olfatu refugerent canes. id usq; nunc durat. Aedem etiam, quæ Saturni ærarium fertur, comites eius condiderunt in honorem Saturni, quem cultorem regionis illius cognouerant, extitisse. Item et montem Capitolinum Saturnium nominarunt, castelli quoq;, quod excitarāt, portā appellarunt Saturniam, quæ postea Pandana uocitata est. Pars autem Capitolini montis infima, habitaculum Carmentæ fuit, ubi Carmentis nunc fanum est, à qua Carmentali portæ nomen datum est. Palatium uero nemo dubitauerit, quin Arcadas habeat authores, à quibus primū Pallanteum oppidum conditum, quod aliquandiu Aborigines habitarunt. Sed propter incommodum uicinæ paludis, quam præterfluens Tyberis fecerat, profecti Reate postmodum reliquerunt. Sunt qui uelint à balatibus ouium mutata litera, uel à Pale pastorali dea, aut, ut Silenus probat, à Palante Hyperborei filia, quam Hercules ibi compressisse uisus est, nomen monti adoptatum. Sed quanquam ista sic congruant, palàm est prospero illi augurio deberi gloriam nominis Romani, maxime cum annorum ratio faciat cardinem ueritati. Nam, ut affirmat Varro author diligentissimus, Romam condidit Romulus marte genitus, et Rhea Syluia, uel ut nonnulli, Marte & Ilia. dictaq; est primum Roma quadrata, quod ad æquilibriū foret posita. Ea incipit à sylua, quæ est in area Apollinis, & ad superalium scalarum Caci. Habet terminum ubi tugurium fuit Faustuli. ibi Romulus mansitauit, qui auspicato murorum fundamenta iecit duodeuiginti natus annos XI. Cal. Maias hora

post secundam ante tertiam, sicut L. Taruntius prodidit mathematicorum nobilissimus Ioue in piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in scorpione, sole in Tauro, luna in Libra constitutis. & obseruatum deinceps nequa hostia parilibus, cæderetur: ut dies iste à sanguine purus esset, cuius significationẽ de partu Iliæ tractam uolunt. idem Romulus regnauit annos septem & triginta. de Ceninensibus egit primum triũphũ, et Acroni regi eorũ detraxit spolia, quæ Ioui Feretrio primus suspẽdit, et opima dixit. Rursum de Antẽnatibus triũphauit. de Veiẽtibus tertio. Apud Capreæ paludẽ nonis qntilibus apparere desiit. Cæteri reges qbus locis habitauerint, dicemus. Tatius in arce ubi nunc est ædes Iunonis Monetæ, qui anno. V. quàm ingressus fuerat urbem à Laurẽtibus interemptus septima et uicesima olympiade hominem exuit. Numa in colle primũ Quirinali. deinde propter ædẽ Vestæ in regia, quæ adhuc ita appellatur, qui regnauit annis tribus & quadraginta, sepultus sub ianiculo. Tullius Hostilius in Velia, ubi postea Deũm penatum ædes facta est, qui regnauit annos duos et triginta, obijt olympiade quinta, & tricessima. Ancus Martius in summa sacra uia ubi ædes lariũ est, qui regnauit annos. IIII. et uiginti, obijt olympiade prima et quadragesima. Tarquinius Priscus ad Mugoniam portam supra summam nouam uiam, qui regnauit annos. VII. & triginta. Seruius Tullius Aesquilijs supra cliuum urbicum, qui regnauit annos. XIII. Tarquinius Superbus et ipse etiam Aesquiliis supra cliuum pullium fœcundalem lacum, qui regnauit

annos quinq; & uiginti. Cincio Romam duodecima olympiade placet conditam. Pictori octaua. Nepote, & Luctatio opiniones Eratosthenis, & Appollodori comprobantibus olympiadis septimæ anno secundo. Pomponio Attico, & Mar. Tullio olympiadis sextæ anno tertio. Collatis igitur nostris, & græcorum temporibus inuenimus incipiente olympiade septima Romam conditam, anno post Ilium captum quadringentesimo trigesimotertio. Quippe certamen olympicum, quod Hercules in honorem attaui materni Pelopis ediderat, intermissum, Iphiclus filius eius instaurauit post excidium Troiæ anno quadringentesimo octauo. Ergo ab Iphiclo numeratur olympias prima. Ita sex medijs olympiadibus interiectis, quibus singulis anni quaterni imputantur cum septima cœptante Roma condita est. Sic inter exortum urbis, et Troiam captam iure esse annos quatuorcentum & triginta treis constat. Huic argumento id accedit, quod cum C. Pompeius Gallus. & Q. Veranius anno urbis conditæ octingentesimo primo fuerunt consules. Consulatu eorum olympias septima, & ducentesima actis publicis annotata est. Quater ergo multiplicatis sex & ducentis olympiadibus erunt anni octingenti. XXIIII. quibus de septima olympiade annectendus est primus annus, ut in solidum colligantur DCCC. XXV anni. Ex qua summa detractis uiginti annis, & quatuor olympiadum retro sex manifeste anni. DCCC. & . I. reliqui fient. Quapropter cum octingentesimo primo anno Vrbis cōditæ ducētesima septima olympias cōpute

tur, par est Romã septimæ olympiadis ãno primo cre di conditam. In qua regnatum est annis ducentis quadraginta uno. Decemuiri creati anno trecentesimo secundo. Primum punicum bellum anno tricentesimo octogesimo nono. Secundum quingentesimo trigesimoquinto. Tertium sexcentesimoquarto. Sociale sexcentesimosexagesimosecundo, ad Hirtium, & C. Pansam COSS. anni DCC. & XXXX. quorum consulatu Cæsar Augustus consul creatus est, octauum decimum annum agens, qui principatum ita ingressus est, ut uigilantia illius non modo securum, uerũ etiam tutum imperium esset. Quod tempus fermè solum repertum est, quo plurimum & arma cessarunt, & ingenia floruerunt, scilicet ne inerti iustitia languesceret uirtutis opera, bellis quiescentibus. Tũc ergo primum cursus anni, perspectaq; ratio, quæ à rerum origine profunda caligine tegebatur. Nã ante Augustum Cæsarem incerto modo annum computabant, qui apud Aegyptios quatuor mensibus terminabatur. Apud Arcades tribus, apud Acarnanas sex, in Italia apud Lauinios tredecim, quorum annus trecentis septuagintaquatuor diebus ferebatur. Romani initio annum decem mensibus computabant, à Martio auspicantes, adeo, ut eius die prima de aris Vestalibus ignes accenderent, mutarent ueteribus uirides laureas, Senatus, populusq; comitia agerent, Matronæ seruis suis cœnas ponerent, sicuti Saturnalibus domini. illæ ut honore promptius obsequiũ prouocarent. hi quasi gratiam repensarent perfecti laboris. Maxime queis hũc mensem principem testantur fuisse. Et qui ab hoc quin

tus erat, Quintilis dictus est, deinde numero decurrẽte December solẽnem circuitum finiebat, intra diem trecentesimumquartum. Tunc enim iste numerus explebat annum, ita ut sex menses trecenum dierum essent, quatuor reliqui tricenus & singulis explicarẽt. Sed quoniam ratio illa ante Numam lunæ cursu discrepabat, lunari computatione annum peræquarũt, quinquaginta & uno die adiectis. Vt ergo perficerẽt XII. menses, de sex mensibus prioribus detraxerũt dies singulos, eosq; quinquaginta istis & uni adnexerunt, factiq; quinquaginta VII. diuisi sunt in duos menses, quorum alter. XXIX. alter. XXVIII. dies continebat. Sic annus habere quinq; et quinquaginta & trecentos dies cœpit. Postmodum cum perspicerent temere annum clausum intra dies, quos supra diximus, quandoquidem appareret solis meatum nõ ante trecentesimumsexagesimumquintum diem abũdante insuper quadrãtis particula, Zodiacum conficere decursum, quadrantem illum & decem dies addiderunt, ut ad liquidum annus trecentis sexaginta quinq; diebus, & quadrante constaret hortante obseruatione imparis numeri, quem Pythagoras monuit præponi in omnibus oportere. Vnde propter dies impares Dijs superis, & Ianuarius dicatur. Et propter pares Februarius quasi abominosus Dijs inferis deputatur. Cũ itaq; hæc definitio toto orbi placuisset, custodiendi quadrantis gratia, à diuersis gentibus uarie intercalabatur, nec unquam tamen ad liquidum fiebat temporum adæquatio. Græci ergo singulis annis XI dies & quadrantem detrahebant, eosq; octies

multiplicatos in annum nouum reseruabant, ut contractus nonagenarius numerus in treis menseis per tricenos dies scinderetur. Qui anno nono restituti efficiebant dies quadringentos quadraginta quatuor, quos ἐμβολισμοὺς, uel ὑπερβάλλοντας nominabant. Quod cum initio Romani probassent, contemplatione numeri parilis offensione neglectum breui perdiderunt, translata in sacerdotes intercalandi potestate. Qui plerunq; gratificantes rationibus publicanorũ pro libidine sua subtrahebant tempora, uel augebãt. Cum hæc sic forent constituta, modusq; intercalandi interdum cumulatior, interdũ fieret imminutior, uel omnino dissimulatus præteriretur, nonnunquam accidebat, ut menses, qui fuerant hyeme transacti, modo in æstiuum, modo in autumnale tempus incideret. Itaq; C. Cæsar uniuersam hanc inconstantiam incisa temporum turbatione composuit, & ut statum certum præteritus acciperet error, dies XXI. & quadrãtem simul intercalauit. Quo pacto regradati mẽses de cætero statuta ordinis sui tempora detinerent. Ille ergo annus solus trecentos XLIIII. dies habuit. Alij deinceps trecentos sexagenos quinos, & quadrantem, & tunc quoq; uitium admissum est per sacerdotes. Nam cum præceptum esset anno quarto, ut intercalarẽt unum diẽ, et oporteret confecto quarto anno id obseruari, ante q̃ quintus auspicaretur, illi incipiente quinto intercalarũt non desinẽte. Sic per annos sex, & XXX. cum nouẽ dies tantũ sufficere debuissent, XII. sunt intercalati. quod deprehensum Augustus reformauit, iussitq; annos. XII. sine intercalatiõe de

currere, ut tres illi dies, qui ultra nouenarios temere fuerant intercalati, hoc modo possent repensari. Ex qua disciplina omnium postea temporum fundata ratio est. Verum cum & hæc, & multa alia Augusti temporibus debeantur, qui penè solus sine exemplo rerum potitus est, tot & tanta in uita eius inueniuntur aduersa, ut non sit facile discernere calamitosior, an beatior fuerit. Primum quod apud auunculum in petitione magisterij equitum prælatus est ei Lepidus tribunus, cum quadam auspicantium cœptorum nota. Mox triumuiratus collegiũ prægraui potestate Antonij Philippensis inde proscriptionis inuidia. Abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem. Deinde desyderio eius insignis pœnitentia, Naufragia Sicula. Turpis ibi in spelunca occultatio. Seditiones militum plurimæ. Perusina cura. Detectum filiæ adulterium, & uoluntas parricidialis. Nec minore dedecore neptis infamia causatæ mortes filiorum, & amissis liberis non solum orbitatis dolor, sed Vrbis pestilentia. Fames Italiæ bello Illyrico. Angustiæ rei militaris. Corpus morbidum. Contumeliosa dissensio priuigni Neronis. Vxoris etiam, & Tiberij cogitationes parum fidæ. atq; in hunc modũ plura. Huius tamen suprema quasi lugeret seculum, penuria insecuta est frugum omnium. At ne fortuitum qđ acciderat uideretur, imminentia mala nõ dubijs signis apparuerunt. Nam Fausta quædam ex plebe partu uno edidit quatuor geminos, mares duos, fœminas totidem monstrosa fœcunditate portendẽs futuræ calamitatis indiciũ, q̃uis Trogus author affirmet in Aegypto septenos

uno utero simul gigni. Quod ibi minus mirum, cum fœtifero potu Nilus, non tantum terrarum, sed et hominum fœcundet arua. Legimus Cn. Pompeium, Eutychiden fœminam Asia exhibitam, quam constabat tricies enixam cum XX eius liberis in theatro suo publicasse. Vnde competens hoc loco duco super hominis generatione tractare. Etenim cum de animalibus, quæ dictu digna uidebuntur, prout patria cuiusq; admonebit, simus notaturi, iure ab eo potissimum ordiemur, quod rerum natura sensus iudicio, et rationis capacitate præposuit omnibus.

De mestruis, de homine, de Alectorio lapide. Caput III.

d Emocritus physicus ostendit mulier, solum animal mestruale est, cuius profluuia non paruus spectata documentis inter monstrifica merito numerantur. Contactæ his fruges non germinabunt, acescent musta, morientur herbæ, amittent arbores fœtus, ferrum rubigo corripiet, nigrescent æra. Siquid canes inde ederint, in rabiem efferebuntur, nociturimorsibus, quibus lymphaticos faciunt. Parua hæc sunt. Bitumen nascitur in Iudæa, quod Asphaltites gignit lacus, adeo lentum, molliciae glutinosa, ut à se nequeat separari. Enimuero si abrumpere partem uelis, uniuersitas sequetur, scindiq; non potest, quoniam in quantum ducatur extenditur. Sed ubi admota fuerint cruore illo polluta fila, discerpitur sponte, & applicata tabe diducatur

pauloante

pauloante corpus unum. Fitq; de tenacitate connexa contagione partitio repentina. Habet planè id solum salutare, quod auertit sydus Helenes pernitiosissimũ nauigantibus. Cæterum ipsæ fœminæ, quibus munus est necessitatis huiusmodi, quandiu sunt in sua lege non innocentibus oculis contuentur. Aspectu specula uitiant, ita ut hebetetur uisu fulgor infensus, & solitam æmulationem uultus extinctus splendor amittat, faciesq; obtusi nitoris quadam caligine nubiletur. Mulierum aliæ in æternum steriles sunt, aliæ mutatis coniugijs exuunt sterilitatem, nonnullæ tantum semel pariunt. Quædam aut fœminas aut mares semper. Post annum quinquagesimum fœcunditas omnium conquiescit. Nam in annum. LXXX. uiri generant, sicuti Masinissa rex Methymnum filium. LXXX & sextum agens annum genuit. Cato octogesimo exacto ex filia Salonij clientis sui, auum Vticensis Catonis procreauit. Compertum et illud est, quod inter duos conceptus cum intercesserit paulum temporis uterq; residet, sicut in Hercule, & Iphicle apparuit fratre eius, qui gestati eodem onere interuallis tamen, quibus concepti fuerant, nati uidentur. Et de Proconesia ancilla, quæ è duplici adulterio geminos edidit, utrũq; patri similem. Hic Iphicles Iolaum creat, qui Sardiniã ingressus palanteis incolarum animos ad concordiã eblanditus Olbiam, & alia græca oppida extruxit. Iolenses ab eo dicti, sepulcro eius templum addiderũt, quod imitatus uirtutes patrui malis plurimis Sardiniam liberasset. Ante omnia sobolem cogitantibus sternutatio post coitus cauenda, ne prius semen excu=

tiat impulsus repentinus, quàm penetralibus se maternis insinuet paternus humor. Quod si naturalis materia hæserit, decimus à conceptu dies dolore grauidas admonebit. Iam inde incipiet, & capitis inquietudo, & caligne uisus hebetabitur. Ciborum quoq; fastidijs stomachi claudetur cupido. Conuenit inter omnes corda primum ex uniuersa formari carne, eaq; in diem quintum & sexagesimum crescere, deinde minui, Ac ex ossibus spinas, ea propter capitale est, si pars alterutra noceatur, planè si corpusculum in marem figuratur, melior est color grauidis, & pronior paritudo uteri. Deniq; à quadragesimo die motus est. Alter sexus nonagesimo die primum palpitat. Et cõcepta fœmina gestãtis uultũ palore inficit. Crura quoq; præpedit languida tarditate, in utroq; sexu cum capilli germinant incõmodum maius est. Fitq; plenilunijs auctior ægritudo, quod tempus etiam editis semper nocet. Cum salsiores escas edit grauida, unguiculis caret partus. At cum propè ad uterum liberandum uenerint momenta maturitatis, enitenti spiritum retinere plurimum congruit, quoniam quidem letali mora oscitatio suspendit puerperia. Contra naturam est in pedes procedere nascenteis, quapropter uelut ægre parti, appellantur Agrippæ. Ita editi minus prospere uiuunt, & de uita æuo breuiori decedunt. Deniq; in uno M. Agrippa felicitatis exemplum est. Nec tamen usq; eò inoffensæ, ut non plura aduersa pertulerit, quàm secunda. Nanq; & misera pedum ualetudine, & aperto coniugis adulterio, & aliquot infelicitatis notis retrouersi ortus omen luit. Fœminis proinde est in

fausta natiuitas, si concretum uirginale fuerit, quo pacto genitalia fuere Corneliae, quae editis Graccis ostentum hoc piauit sinistro exitu liberorum. Rursum necatis matribus, ortus est auspicatior, sicut Scipio Africanus prior, q defuncta parente, quod exciso utero in diem uenerat, primus Romanorum Caesar dictus est. E geminis si remanente altero, alter ab ortiuo fluxu exciderit, alter qui legitime natus est, Vopiscus nominatur. Quidam etiam cum dentibus procreãtur, ut Cn. Papyrius Carbo, et M. Curio dẽtatus ob id cognominatus. Quidam uice dentium continui ossis armantur soliditate, qualẽ filium Bithynnorum rex Prusias habuit. Ipsum dentium numerum discernit qualitas sexus, cum in uiris plures sint, in foeminis pauciores, quos κυνόδοντας uocant. Et quibus gemini procedunt ab dextra parte, fortunae blandimenta promittunt. Quibus ab laeua, uersa uice. Nascentium uox prima uagitus est. Laetitiae enim sensus differtur in quadragesimum diem. Itaq; unum nouimus eadẽ hora risisse, qua erat natus, scilicet Zoroastem, mox optimarum artiũ peritissimũ. Aulus Crassus auus eius, quẽ rapuerũt bella Parthica, qđ nunq̃ riserit fertur Agelastos cognominatus. Inter alia Socratis magna praeclarũ illud est, qđ in eodẽ uultus tenore etiã aduersis interpellantibus perstitit. Heraclitus, et Diogenes Cynicus nihil unq̃ de rigore animi remiserũt, calcatisq; turbinibus fortuitorũ aduersus oẽm dolorẽ, et miseriã uniformi durauere proposito. Pomponiũ poëtam consularẽ uirũ nunq̃ ructasse habetur iter exẽpla. Antoniã Drusi nõ spuisse pcelebre est. Nõ

nullos accepimus enasci concretis ossibus, eosq; neq; sudare, neq; sitire consuesse, qualis Syracusanus fertur Lygdamus, qui tertia & tricesima olympiade primus ex olympico certamine Pancratij coronam reportauit, eius'q; ossa deprehensa sunt medullas non habere. Maximam uirium substantiam neruos facere certissimum est, quanto'q; fuerint densiores, tanto propensius augescere firmitatem. Varro in relatione prodigiosæ fortitudinis annotauit Tritanum gladiatorem natura Sannitem fuisse, qui & rectis, et transuersis neruis non modo crate pectoris, sed & manibus cancellatis, & brachijs omnes aduersarios leui tactu, ac penè securis congressionibus uicerit, eius'q; filium militem Cn. Pompeij pari modo natum, ita spreuisse hostem prouocantem, ut inermi eum dextra & superaret, & captum digito uno in castra imperatoris sui reportaret. Milonem quoq; Crotoniensem ferunt egisse omnia supra quàm homo ualet. De quo etiam hoc proditur, quod ictu nudæ manus taurum fecit uictimã, eumq; solidum, qua mactauerat die assumpsit solus non grauatus. Super hoc nihil dubium. Nam factum eulogium extat. Victor ille omniũ certaminum, quæ obiuit. Sanè Alectorius traditur lapis, qui crystallina specie in modum fabæ, in gallinaceorum uentriculis reperitur, aptus, ut dicunt, præliantibus. Milo uero Tarquinij Superbi Prisci temporibus enituit.



De similitudine, & corporum proceritate. De mensura hominis, & pudore defunctorum. Caput IIII.

i Am uero qui deflexum animum referat ad similitudinum causas, quantum artificis naturæ ingenium deprehendet. Interdum enim ad genus spectant, & per sobolem in familias transitus faciunt. Sicut plerunq; paruuli modo neruos, modo cicatrices, modo qualescunq; originis suæ notas ferũt. Vt in Lepidis, quorum tres interuulsa tamen serie ex eadem domo obducto membrana oculo similes geniti reperiuntur. Vti Byzantio nobili pugile, qui, cum matrem haberet adulterio ex Aethiope conceptam, quæ nihil patri comparandum reddidisset, ipse in Aethiopem auum regenerauit. Sed hoc minus mirum, si respiciamus ad ea, quæ spectata sunt inter externos. Regem Antiochum Arteon quidam ex plebe Syriaca sic facie æmula mentiebatur, ut postmodum Laodice uxor regia, obiecto populari isto tandiu dissimulauerit defunctũ maritum, quoad ex arbitratu eius regni successor ordinaretur. Inter Cn. Pompeium, & Vibium humili loco natum, tantus error extitit de paribus liniamentis, ut Romani Vibium Pompeij nomine, Pompeium Vibij uocabulo cognominarent. Oratorem L. Plancum Rubrius histrio sic impleuit, ut & ipse Plancus à populo uocaretur. Armentarius Mirmillo et Cassius Seuerus orator, ita se mutuo reddiderunt, ut siquando pariter uiderentur, dignosci non possent, nisi

discrepantiam habitus indicaret. M. Mesalla Censorius, et Menogenes ex fece uulgari hoc fuerunt uterq; quod singuli nec alium Mesallam, quàm Menogenẽ, nec Menogenem alium, quàm Mesallam putarunt. Piscator ex Sicilia proconsuli Suræ præter alia etiam rictu oris comparabatur. Ita in eodem uocis impedimento, et tarditate sono linguæ naturalibus offendiculis congruebant. Interdum uero non modo inter externos, sed etiam inter conductos ex diuersissima parte orbis miracula indiscreti uultus fuere. Deniq; cum Antonio iam triumuiro Thoranius quidam eximios forma pueros uelut geminos trecentis sestertiis uendidisset, quorum alterum de transalpina Gallia, alterum ex Asia comparauerat, adeoq; una res uiderẽtur, nisi solus sermo fidem panderet. Atq; ideo cum se Antonius illusum graueretur, non inficete Thoranius id uel præcipue, quod emptor criminabatur, pretiosum comprobauit. Neq; enim mirum si forent pares gemini, illud nullis posset taxationibus æstimari, quod tantis spatiis diuersitas seperatos, plus quàm geminos contulisset. Quo responso adeo Antonius mitigatus est, ut deinceps nihil se habere carius ĩ substantia sua iactaret. Nunc si de ipsis hominum formis requiramus, liquido manifestabitur, nihil de se antiquitatẽ mẽdaciter prædicasse, sed corruptã de generis successione sobolem nostri temporis per nascentium detrimenta; decus ueteris pulchritudinis perdidisse. Licet ergo plerique definiant, nullum posse excedere longitudinem septem pedum, quod intra hunc modum Hercules fuerit, deprehensum est tamen Ro-

manis temporibus, sub D. Augusto pusionem, & Secundillam denos pedes, & amplius habuisse proceritatis, quorum reliquiæ adhuc in conditorio, Sallustianorum uidentur. Postmodum D. Claudio principe Gabbaram, nomine, ex Arabia aduectum nouem pedum, et totidẽ unciarũ. Sed ante Augustum annis mille fermè non apparuit forma huiusmodi, sicut, nec post Claudium uisa est. Quis enim æuo isto non minor suis parentibus nascitur? Priscorum autem molem testantur etiam Orestis suprema, cuius ossa olympiade quinquagesima & octaua Tegeæ inuenta, à Spartanis oraculo monitis, didicimus implesse longitudinem cubitorum septem. Scripta quoq; ex antiquitate memorias arcessunt in fidem ueri, quibus receptũ est, quod bello Cretico, cum elata flumina impetu plus q̃ ui amnica iuecta, terras rupissent, post discessum fluctuũ inter plurima humi dissidia humanũ cadauer repertũ sit cubitũ triũ atq; triginta, cuius inspectãdi cupidine L. Flaccum legatum, Metellũ ẽt ipsum impendio admodum captos miraculo, quod auditu refutarant, oculis potitos. Nõ omiserim Salamĩã Euthymenis filiũ creuisse in triennio tria cubita sublimitate, sed incessũ tardum, sensu hebetem, robusta uoce, pubertate festina, statimq; obsessum morbis plurimis, ĩmoderatis ægritudinũ supplicijs cõpẽsasse præcipitẽ icrementi celeritatẽ. Mensuræ ratio bifariã cõuenit. Nam quãtus manibus expassis iter digitos lõgissimos modus est, tantũ constat esse iter calceis, et uerticẽ. Ideóq; physici hoiem minorẽ mundũ esse iudicarũt. parti dextræ habilior ascribitur motus. Læuæ firmitas maior. Vñ

altera gesticulatióibus próptior est, altera oneri ferẽdo accõmodatior. Puduris disciplinã ẽt iter defuncta corpora natura discernit, ut siquando cadauera necatorũ fluctibus euehuntur, uirorum prona, supina fluitant fœminarum. Verum iam ad pernicitatis titulum transeamus.

De uelocitate, Visu, & fortitudine. Cap. V.

PRimam palmam uelocitatis Ladas quidam adeptus est, qui ita supra cauum pulverem cursitauit, ut arenis pendentibus nulla indicia relinqueret uestigiorum. Polymnestor Milesius puer, cum à matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporem consecutus est, et ob id statim productus à gregis domino olympiade sexta & quadragesima, ut Boëthus author est, uictor in stadio meruit coronam. Philippides biduo milleducentaquadraginta stadia ab Athenis Lacedæmonem decurrit. Anistius Lacon, & Philonides Alexandri magni cursores à Sicyone Elin usq; mille ducenta stadia una die transierunt. Fonteio, Vipsanoq; COSS. in Italia octo annos puer natus quinq; & XL. millia passuum à meridie transiuit ad uesperum. Visu deinde plurimum potuit Strabo nomine, quem perspexisse per centum XXXV millia passuum Varro significat, solitumq; à Carthagine exeuntem classem punicam, numerumq; nauium manifestissime è Lilybitana specula denotare. Cicero tradit iliada Homeri ita subtiliter in membranis scriptam, ut testa nu-

cis clauderetur. Callicrates formicas ex ebore ita scalpsit, ut portio earum à cæteris secerni nequiuerit. Apollonides perhibet in Scythia fœminas nasci, quæ Bithiæ uocantur, hasq; in oculis pupillas geminas habere, & perimere uisu, siquem forte iratæ aspexerint. Hæ sunt & in Sardinia. Præualuisse fortitudine apud Romanos L. Sicinium Dentatum titulorum numerus ostendit. Tribunus hic plebis fuit non multo post exactos reges. Spurio Tarpeio, A. Thermo COSS. Idem ex prouocatione octies uictor XL. & V. habuit aduersas cicatrices, in tergo nullam notam. Spolia tricies ex hoste & quater cepit. In phaleris, hastis puris, armillis, coronis trecenta XII dona meruit. Nouem imperatores, qui opera eius uicerant, triumphanteis prosecutus est. post hunc M. Sergius duobus stipendijs, primo aduerso corpore, ter & uicies uulneratus. Secundo stipendio in prælio dextram perdidit. Qua de causa ferream sibi fecit, & cum neutra pene idonea ad præliandũ ualeret, una die quater pugnauit, & uicit sinistra, duobus equis eo insidẽte confossis. Ab Annibale bis captus refugit, cum uiginti mensibus, quibus captiuitatis sortem perferebat, nullo momento sine compedibus fuerit, & cathenis. Omnibus asperrimis prælijs, quæ tempestate illa Romani experti sunt, isignitus donis militaribus à Thrasymeno, Trebia, Tianóq; coronas ciuicas retulit. Cannensi quoq; prælio, de quo refugisse eximium opus uirtutis fuit, solus accepit coronã. Beatus profectò tot suffragijs gloriarum, ni hæres in posteritatis eius successione Catilina tantas adoreas odio damnati nominis

obumbrasset. Quantum inter milites Sicinius, aut Sergius, tantum inter duces, immo, ut uerius dicam, inter omnes homines Cæsar dictator enituit. Huius ductibus undecies centum & nonaginta duo millia cæsa sunt hostium. Nam quantum bellis ciuilibus fuderit, noluit annotari. Signis collatis quinquagies, et bis dimicauit. M. Marcellum solus supergressus, qui nouies et tricies pari modo fuerat præliatus. Ad hæc nullus celerius scripsit. Nemo uelocius legit. Quaternas etiam epistolas simul dictasse perhibetur, benignitate adeo præditus, ut quos armis subegerat, clementia magis uicerit.

De memoria. De uoce adepta. De morum laude. De eloquentia. De pietate. De pudicitia, & felicitate. Caput V.

Cyrus memoriæ bono claruit, qui in exercitu, cui numerosissimo præfuit, nominatim singulos alloquebatur. Fecit hoc idē in populo Romano L. Scipio. Sed & Cyrum, & Scipionem consuetudine credamus profecisse. Cyneas Pyrrhi legatus postero die, q̄ ingressus Romā fuerat & equestrem ordinem, et senatum proprijs nominibus salutauit. Rex Ponticus Mithridates duabus, et uiginti gentibus, quibus imperitabat, sine interprete iura dixit. Memoriā ex arte fieri palàm factum est, sicut Metrodorus philosophus, qui temporibus Diogenis Cynici fuit, in tantum se meditatione assidua prouexit, ut à multis simul dicta non modo sensum, sed etiam uerborum ordinibus detineret. Nihil tamen in

homine aut metu, aut casu, aut morbo facilius intercipi, sæpe perspectum est. Qui lapide ictus fuerat, accepimus oblitum literarum. Messalã certe Coruinũ post ægritudinẽ, quã pertulerat, percussum proprij nominis obliuione, quãlibet aliâs ei sensus uigeret. Memoriam metus perimit. Inuicem uocis timor est incitamentum, quã non solũ acuit, sed etiã, si nunquam fuerit, extorquet. Deniq; cum olympiade octaua & quinquagesima uictor Cyrus intrasset Asiæ oppidũ Sardas ubi tunc Crœsus latebat, Athis filius Regis mutus ad id usq; temporis in uocem erupit ui timoris. Exclamasse enim dicitur, Parce patri meo Cyre, & te hominem esse uel casibus disce nostris. Tractare de moribus superest, quorũ excellẽtia maxime in duobus enituit. Cato princeps Portiæ gentis senator optimus, optimus imperator, orator optimus. Causam tamẽ quadragies et quater dixit, diuersis odiorũ simultatibus appetitus, semper absolutus. Verũ Scipionis Aemiliani laus propẽsior, qui præter bona, quibus Cato clarus fuit, etiã publico amore præcessit. Vir optimus Nasica Scipio iudicatus est, nõ priuato tantum testimonio, sed totius senatus sacramento. Quippe quo iuuentus dignior non fuit, cui præcipue religionis crederetur ministeriũ, cũ oraculũ moneret arcessi sacra Deũ matris pessinũtiæ. Plurimi inter Romanos eloquẽtia floruerũt. Sed hoc bonũ hæreditariũ nũquã fuit, nisi in familia Curionũ. In qua tres, serie continua, oratores fuere. Magnũ hoc habitum est sanè hoc seculo, quo facundiã præcipue et humana, et diuina mirata sunt. Quippe tũc percussores Archilochi poëtæ apollo prodidit, et latronũ

facinus Deo arguēte detectū. Cūq; Lysander Lacedæmonius Athenas obsideret, ubi Sophoclis Tragici inhumatum corpus iacebat, idētidē liber pater ducē admonuit per quietem, ut sepeliri delitias suas sineret. Nec prius destitit, q̄ Lysander cognito, qs obiisset diem, & qd à numine posceretur, inducias bello daret, usq; dū congrue supremis talibus exequæ ducerētur. Pindarū lyricū eo conuiuij loco, cui imminebat ruina, ne cum cæteris interiret, forinsecus eum Castor, & Pollux uocarunt, inspectantibus uniuersis. Quo effectum est, ut solus impēdens periculum euaderet. Numerandus post Deos Cn. Pompeius magnus intraturus Possidonij domum clarissimi tunc sapientiæ professoris, pcuti ex more à lictore uetuit fores, summissisq; fascibus, quamlibet confecto Mithridatico bello, et orientis uictor, sententia propria cessit ianuæ literarum Africanus prior. Q. Ennij statuam imponi sepulcro suo iussit. Vticensis Cato unum ex tribunatu militum philosophum, alium ex Cypria legatione Romam aduexit, professus plurimum se eo facto Senatui & populo Romano contulisse, quamuis proauus eius sæpissime censuisset Græcos Vrbe pellendos. Dionysius tyrannus uittatam nauem Platoni obuiam misit. Ipse cum albis quadrigis egredientem è litore occurrens honoratus est perfectam prudentiam soli Socrati oraculū Delphicum adiudicauit. Pietatis documentum nobilius quidem in Metellorum domo effulsit. Sed eminentissimū in plebe à puerpera reperitur, Humilis hæc, atq; ideo famæ obscurioris, cum ad patrem, qui supplicij causa claustris pœnalibus continebatur, ægre obti-

nuisset ingressum, exquisita sæpius à ianitoribus, ne forte parenti cibum sumministraret, alere eum uberibus suis deprehensa est. Quæ res & factum, & locum consecrauit. Nam qui morti destinabatur, donatus filiæ, in memoriam tanti præconij reseruatus est. Locus dicatus suo numini pietatis sacellum fuit. Nauis à Phrygia gerula sacrorum, dum sequitur uittas castitatis, contulit Claudiæ principatum pudicitiæ. Et Sulpitia Paterculi filia, M. Fuluij Flacci uxor censura omnium matronarum è cẽtum probatissimis haud temere electa est, quæ simulacrum Veneris, ut Sibyllini libri monebant, dedicaret. Qui attingat ad titulum felicitatis, nec dum repertus est & qui felix censeri iure debuerit. Nanq; Cornelius Sulla dictus potius est, quàm fuerit felix. Solum certe beatum Cortina Aglaum iudicauit, qui in angustissimo Arcadiæ angulo pauperis soli dominus, nunquam egressus paterni cæspitis terminis inuenitur.

ITALIA, in qua multa exponuntur, quæ ad animalia tum quadrupeda, tum uolucria, et lapides pertinent. Caput. VII.

d E homine satis dictum habeo. Nunc, ut ad destinatum reuertamur, ad locorum commemorationem stilus dirigendus est. Atq; adeo principaliter in Italiam, cuius decus iam in urbe contigimus. Sed Italia tanta cura ab omnibus dicta est, præcipue M. Catone, ut iam inueniri non possit, quod non ueterum authorum præ

sumpserit diligentia, largiter in laudem excellẽtis terræ materia suppetente, dum scriptores præstantissimi reputant locorum salubritatem, cœli temperiem, ubertatem soli, aprica collium, opaca nemorum, innoxios saltus, uitium, olearumq; prouentus, ouilia pecuaria, tot amnes, lacus tantos, bifera uiolaria. inter hæc Vesuuum flagrantis animæ spiritu uaporantem, tepentes fontibus Baias, Colonias tam frequẽtes, tam assiduam nouarum urbium gratiam, tam clarum decus ueterum oppidorum, quæ primo Aborigines, Arunca, Pelasgi, Arcades, Siculi, totius postremo Græciæ aduenæ, & in summa uictores Romani condiderunt. Ad hæc latera portuosa, orasq; habet patentibus gremijs commertio orbis accommodatas. Verum ne prorsus intacta uideatur in ea, quæ minus trita sunt, animum intendere haud absurdum uidetur, et parcius depasta leuibus uestigijs inuiare. Nã quis ignorat uel dictam, uel conditam à Iano Ianiculum, à Saturno Latium, atq; Saturnium, à Danaë Ardeam, à comitibus Herculis Polydẽ, ab ipso in Cãpania Pompeios, quia uictor ex Hispania pompam boum duxerat. In Liguria quoq; lapidarios campos, q̃d ibi eo dimicante creduntur saxa pluisse. Regionem Ionicam ab Ione Naulochi filia, quam procaciter insidentem uias Hercules interemit, ut ferunt, Archippe nam à Marsya rege Lydorum, quod hiatu terræ haustum dissolutum est in lacum fucinum. Ab Iasone templum Iunonis Arguæ. A Pelope Pisas, à Cleolao Mẽnois filio Daunios, Iapygas à Iapyge Dædali filio, Tyrrhenos à Tyrrheno Lydiæ rege, Coram à Dar-

clanis. Agillam à Pelasgis, qui primi in Latiũ literas intulerunt. A Phalero Arguo Phaliscam, à Phalerio arguo Phalerios, Fescennium quoq; ab Arguis, portum, Parthenium à Phocensibus, Tybur, sicut Cato facit testimonium, à Catillo Arcade præfecto classis Euandri, sicut Sextius ab Argiua iuuentute. Catillus enim Amphiarai filius post prodigialem patris apud Thebas interitum Oeclei aui iussu, cum omni foetu uel sacro missus treis liberos in Italia procreauit Tiburtum, Coram, Catillum, qui depulsis ex oppido Siciliæ ueteribus Sicanis à nomine Tiburti fratris natu maximi urbem uocarunt. Mox in Brutijs ab Vlysse extructum templum Mineruæ. Insula Ligea appellata abiecto ibi corpe Sirenis ita noīatæ. Parthenope à Parthenopes Sirenis sepulcro, quã Augustus postea Neapolin esse maluit. Præneste, ut Zenodotus refert, à Præneste Vlyssis nepote Latini filio. aut, ut Prænestini sonant libri, à Cæculo, quẽ iuxta igneis fortuitos inuenerunt, ut fama est, Digitiorum sorores. Notum est à Philoctete Petiliam constitutã. Arpos, et Beneuentum à Diomede, Patauium ab Antenore. Metapontum à Pylijs, Scyllacium ab Atheniensibus, Sybarim à Trœzenijs, & à Sagari Aiacis Locri filio, Salentinos à Lytijs. Anconam à Siculis. Gabios à Galatio, & Bio Siculis fratribus. ab Heraclidis Tarentum, insulam tensam ab Ionibus. Pæstum à Dorensibus. A Myscello, & Archia Crotonam, Rhegium à Chalcidensibus, Caulonam, & Terinam à Crotoniensibus, à Naritijs Locros. Heretrum à Græcis in honorem Heræ, sic enim Iunonem græ

ci uocant. Aritiam ab Archiloco Siculo. Vnde et nomen, ut Cassio Heminæ placet tractum. Hoc in loco Orestes oraculo monitus simulacrum scythicæ Dianæ, quod de Taurica extulerat, prius quàm Argos peteret, consecrauit, à Zanclēsibus Metaurum locatum, à Locrensibus Metapontum, quod nunc Iubo dicitur. Bocus absoluit Gallorum ueterem propaginem. Vmbros esse M. Antonius asseuerat eosdem, quod tempore aquosæ cladis imbribus superfuerunt, Vmbros græce nominatos. Licinio placet à Mesappo græco Mesappiæ datam originem, uersam postmodum in nomen Calabriæ, quam in exordio Oenotris frater Peucetius Peucetiam nominarat. Par sententia est inter authores. à gubernatore Aeneæ appellatum Palinurum, à tubicine Miseno Misenum, à consobrina Leucosiam insulam. Inter omnes perspicue conuenit à nutrice Caieta Caietam. ob uxore Lauinia Lauiniū esse nuncupatum, quod post Troiæ excidiū, sicut Cussonius perhibet, quarto āno extructum est. Nec omissum sit Aeneam æstate ab Ilio capto secunda, Italicis litoribus appulsum, ut Hemina tradit, socijs non amplius sexcentis in agro Laurenti posuisse castra. Vbi dum simulacrum, quod secum ex Sicilia aduexerat, dedicat Veneri matri, quæ ἀφροδίτη dicitur, à Diomede Palladium suscipit, tribusq; mox annis cum Latino regnat, socia potestate quingentis iugeribus ab eo acceptis. Quo defuncto summam biennio adeptus apud Numicum apparere desijt. Anno septimo patris indigetis ei nomen datum. Deinde constitutæ ab Ascanio longa Alba, Fidenæ, Antium, NOLA à Ty
rijs, ab

rijs, ab Eubœnsibus Cumæ. ibidem Sibyllæ sacellum est, sed eius, quæ rebus Romanis quinquagesima olympiade interfuit, cuiusq; librum ad Cornelium usque Sullam Pontifices nostri consulebant. tũc enim unà cum Capitolio igni absumptus est. nam priores duos Tarquinio superbo parcius pretium offerente, quàm postulabat, ipsa exusserat, cuius sepulcrum in Sicilia adhuc manet. Delphicam autem Sibyllam ante troiana bella uaticinatam Boëthus perhibet, cuius plurimos uersus operi suo Homerum inseruisse manifestat. Hanc Heriphilen Erythræa annis aliquot intercedentibus consecuta est, Sibylláq; appellata est de scientiæ parilitate, quæ inter alia magnifica Lesbios amissuros imperium maris multo ante præmonuit, quàm id accideret. ita Cumanam tertio fuisse post has loco, ipsa æui series probat. Ergo Italia, in qua Latium antiquum antea à Tyberinis ostijs ad usq; Lyrim amnem pertinebat, uniuersa consurgit à iugis alpiũ porrecta ad Rheginum uerticem, et litora Brutiorũ, quo in mare meridiem uersus protenditur. Inde procedens paulatim se Apennini montis dorso attollit, extensa inter Thuscum, et Adriaticum, idest inter superum mare, & inferum, similis querno folio, scilicet proceritate amplior, quàm latitudine. Vbi longius processit in cornua duo scinditur, quorum alterum Ionium spectat æquor, alterum Siculũ. Inter quas prominentias non uno margine accessum insinuati freti recipit, sed linguis proiectis sæpius, à procurentibus distinctum promontorijs pelagus accipit. Ibi, ut obuia passim notemus, Arceis Tarentinæ Scyllæa re-

gio, cum Scyllæo oppido, et Crathe flumine Scyllæ ma tre, ut uetustas fabulata est, Rhegini saltus, Pæstanæ ualles, Syrenum saxa, Amœnissimus Campaniæ tractus, Phlegræi campi, Circes domus. Tarracina insula ante circũflua immenso mari, nũc æuo nectente addita continenti, diuersamq́; fortunam à Rheginis experta, quos fretum medium à Siculis ui abscidit. Formiæ etiam Læstrygonibus habitatæ. Multa præterea pollentissimus ingenijs edisserta, quæ præterire, quàm inferius exequi, tutius duximus. Verum Italiæ longitudo, quæ ab Augusta prætoria per urbẽ, Capuãq́; porrigitur usque ad oppidum Rhegium, decies centena et uiginti millia passuum colligit. Latitudo ubi plurimum. CCCC. X. Vbi minimum. CXXXVI. millia. Arctissima est ad portum, quem Annibalis castra dicunt. Neq; enim excedit quadraginta millia. Vmbilicum, ut Varro tradit, in agro Reatino habet. At insolidum spatium circuitus uniuersi uicies quadragies nouies centena sunt. In quo ambitu aduersa Locrensium fronte ortus à Gadibus finitur Europæ sinus primus. nam secundus à Lacinio auspicatus in Acroceraunijs metas habet. Ad hæc Italia Pado clara est, quem mons Vesulus superantissimus inter iuga alpium gremio suo fundit Visendo fonte in Ligurũ finibus, unde se primum Padus proruit, submersusq́; cuniculo rursus in agro Vibonensi extollitur, nulli amnium inferior claritate. A græcis dictus ἠριδανός. Intumescit exortu canis, tabefactis niuibus et liquentibus brumæ pruinis, auctusq́; aquarũ accessiõe XXX. flumina in Adriaticum defert mare. Est è memora

bilibus inclytum, & insigniter per omnium ora uulgatum, quod perpaucæ familiæ sunt in agro Phaliscorum, quos Hirpos uocant. Hi sacrificium annuum ad montem Soractem Apollini faciunt. Idq; operantes gesticulationibus religiosis impune exultant, ardẽtibus lignorum struibus, in honorem diuinæ rei flammis parcentibus. ob cuius deuotionis ministerium munificentia senatus honorata Hirpis perpetuo munerũ uacationem dedit consulto omnium. Gentem Marsorum serpentibus illæsam esse nihil mirum. A' Circes filio genus ducunt, & de auita potentia deberi sibi sentiunt seruitium uenenorum, ideoq; uenena contemnunt. C. Cœlius Oetæ tres filias Angitiam, Medeam, & Circen dicit fuisse, Circen Circæos insedisse montes carminum maleficijs uarias imaginum facies mentientem, Angitiam uicina fucino occupauisse, ibiq; salubri scientia aduersus morbos resistente cum desisset hominem uiuere, deam habitam. Medeã ab Iasone Buthroti sepultam, filiumq; eius Marsis imperasse. Sed q̃uis Italia habeat hoc præsidiũ familiare à serpentibus non penitus libera est. Deniq; habitatores ab Amyclis, quas antea græci condiderunt, serpentes fugauere. Illic frequens Vipera insanabili morsu. Breuior hæc cæteris, quàm in alijs aduertimus orbis partibus, ac propterea, dum despectui est, facilius nocet. Calabria Chersydris frequentissima est, & Boam gignit, quem anguem ad immensam molem ferunt coalescere. Captat primo greges bubulos, & quæ plurimo lacte rigua bos est, eius se uberibus innectit, suctuq; continuo sagnata, lon-

go seculo ita funebri satietate ultimo extuberatur, ut obsistere magnitudini eius nulla uis queat. Postremo depopulatis animantibus regiones, quas obsederit ad uastitatem cogit. Deniq; D. Claudio principe in loco ubi Vaticanus ager est, in aluo occisæ Boæ spectatus est solidus infans. Italia lupos habet, qui cũ cæteris similes non sint, homo quem prius uiderit, conticescit, & anticipatus obtutu nocentis licet clamandi uotum habeat, non habet uocis ministerium. Sciens de Lupis multa prætereo. Spectatissimum illud est, quod caudæ animalis huius uillus amatorius inest perexiguus, quem spontaneo damno abijcit, cum capi metuit, nec habet potentiam nisi uiuenti detrahatur. Coeunt lupi toto anno non amplius dies. XII. Vescuntur in fame terra. At ij, quos Ceruarios dicimus, quãuis post longa ieiunia repertas ægre carnes mandere cœperint, ubi quid casu respiciant obliuiscuntur, & immemores præsentis copiæ eunt quæsitum, quam reliquerunt satietatem. In hoc animalium genere numerantur et Lynces, quarũ urinas coire in duritiem pretiosi calculi fatentur, qui naturas lapidum exquisitius sunt persecuti. Istud etiam ipsas Lynces persentiscere hoc documento probatur, quod egestum liquorem ilico arenarum cumulis, quantum ualent, contegunt, inuidia scilicet, ne talis egeries transeat in nostrũ usum, ut Theophrastus perhibet. lapidi isti sucini color est, pariter spiritu attrahit propinquantia, dolores renũ sedat, medetur regio morbo. λυγκούριος græce dicitur. Cicadæ apud Rheginos mutæ, nec usquam alibi, quod silentium miraculo est, nec immerito, cum uici-

næ, quæ ſunt Locrenſium ultra cæteras ſonitent. Cauſas Granius tradit, cum obmurmuraret illic Hercule geſcente, deũ iuſſiſſe ne ſtreperent. Itaq; ex eo cœptum ſilentium permanere. Liguſticum mare frutices procreat, cui quantiſper fuerint in aquarum profundis, fluxui ſunt tractu prope carnulento. Deinde ubi in ſupra attolluntur, geminis natalibus derogatis lapides fiunt. Nec ſolum qualitas illis tantum, ſed & color uertitur. nam puniceo protinus erubeſcunt. Ramuli ſunt quales arborum uiſimus ad ſemipedem frequentius longi, rarum eſt pedaneos deprehendi. Excuduntur ex illis multa geſtamina. Habet autem, ut Zoroaſtes ait, materies hæc quandam poteſtatem, ac propterea quicquid inde fit, habetur inter ſalutaria. Ciralium alij dicunt. Nam Metrodorus γοργίαν nominat. Idem eſt, quod reſiſtat typhonibus, & fulminibus affirmat. Eruitur gemma in parte Lucaniæ faciæ adeo iucunda, ut languenteis intrinſecus ſtellas, & ſub nubilo renidenteis croceo colore perfundat. Et quoniam in litore Syrtium inuenta primo eſt, Syrtites uocatur. Eſt & Veientana gemma à loco dicta, cui nigri coloris ſuperficies nigra, quam ad gratiam uarietatis albi limites interſecant, notis candidantibus. Inſula quæ Appuliæ oram uidet tumulõ, ac delubro Diomedis inſignis eſt, et Diomedeas aueis ſola nutrit. Nam hoc genus alitis præterquam ibi nuſquam gentium eſt, idq; ſolum poterat memorabile iudicari, niſi accederent non omittenda. Forma illis pene, quæ Fulicis, color candidus, ignei oculi, ora dentata, congreges uolitant, nec ſine ratiõe pergendi duces duæ ſunt,

quæ regant agmen. Altera agmen anteit. altera inse quitur. illa ut ductu certum iter dirigat, hæc ut instantium urgeat tarditatem. Hæc in meatibus disciplina est. et cum fœtuũ adest tempus, rostro scrobes excauant. Deinde surculis inuersum suppositis, imitantur texta cratium, et sic contegunt subtercauata, & ne operimenta desint, si forte lignorum casas ueti auferant, hâc struem comprimunt terra, quam egesserant, cum puteos excauarent. Sic nidos moliuntur bifori accessu nec fortuito, adeo ut ad plagas cœli metiãtur exitus, uel ingressus. Aditus, q dimittit ad pastus, in ortũ destinatur, q excipit reuertẽtes occasum uersus est, ut lux et morantes excitet, et receptui nõ denegetur. Le naturæ aluum aduersis flatibus subuolant, quibus proluuies longius auferatur. Iudicant inter aduenas, si græcus est, & propius accedunt, & quantum intelligi datur, ut auem blandius adulantur. Siquis erit gentis alterius inuolant, & impugnant. Aedem sacram omni die celebrant studio huiusmodi. Aquis imbuunt plumas, alisq; impendio madefactis confluunt rorulentæ, ita ædem excusso humore purificant. Tunc pinnulis superplaudunt. Inde discedunt quasi peracta religione. Ob hoc ferunt Diomedis socios aues factos. Sane ante aduentum Aetoli ducis nomen Diomedis non habebant. Inde sic dictæ. Italicus excursus per Liburnos, quæ gens Asiatica est, procedit in Dalmatiæ pedẽ, Dalmatia in limitẽ Illyricũ, quo sinu Dardani sedes hñt, hoĩes ex troiana prosapia ĩ mores barbaros efferati. At ex altera parte per Ligurum oram in Narbonẽsem prouinciam pergit, in qua

Phocenses quondam fugati Persarum aduentu Marsiliam urbem olympiade quadragesimaquinta condiderunt. C. Marius bello Cimbrico factis manu fossis inuitauit mare. pernitiosamq; feruentis Rhodani nauigationem temperauit. qui amnis præcipitatus alpibus primo per Heluetios ruit occursantium aquarum agmina secum trahens, auctuq; magno, ipso, quod inuadit, freto turbulentior, nisi cum fretum uentis excitatur. Rhodanus sæuit & cum serenum est, atq; ideo inter tres Europæ maximos fluuios, & hunc computant. Aquæ quoq; Sextiæ eo loco claruerunt, quondã hyberna consulis, postea excultæ mœnibus. Quarum calor olim acrior exhalatus per tempora euaporauit, nec iam par est famæ priori. Si græcos cogitemus, præstat respicere litus Tarentinum. Vnde à promontorio, quod Acren Iapygian uocant, Achaiam cursum destinantibus citissima nauigatio est. Flectendus hinc stylus est, terrarumq; uocant alia, & longum est, ut moratim insularũ omnium oras legamus quascunque promontoria Italica prospectant. quamuis sparsæ recessibus amœnissimis, & quodam naturæ quasi spectaculo expositæ non erant omittendæ. Sed quantum residendum est, si dilatis quæ præcipua sunt per quandam desidiam, aut Pandateriam, aut Prochytam dicimus, aut ferri feracem Vilbam, aut Caprariam, quam græci αἰγύλαν dicunt, aut Planasiam, de faciæ supinitatis sic uocatam, uel ab Vlyssis erroribus, uel Columbariam auium huius nominis matrem, uel Itacesiam, quæ Vlyssis proditur specula, uel Aenaria et ænarimen ab Homero

nominatam, aliasq; non secus lætas, inter quas Corsicam plurimi in dicendo latius circumuecti plenissima narrandi absoluerunt diligentia, nihilq; omissum, quod retrectari non sit superuacuum, ut exordium incolæ Ligures dederint, ut oppida ibi extructa sint, ut colonias ibi deduxerunt Marius, et Sulla, ut ipsam Ligustici sinus æquor alluat. sed hæc facessant.

De Corsica, & Catochite lapide. Cap. VIII.

u Erum ager Corsicanus, quod in eo agro solus edit unicum est, quem Catochiten uocant lapidem fatu dignissimum. Maior est cæteris, qui ad ornatum destinantur, nec tam gemma, quàm cautes. Idem impositas manus detinet ita seiunctis corporibus adnectens, ut cũ ipsis hæreat, quibus tangitur. Sed ei inest uelut de glutino lentiore nescio quid par, atq; gummi. Accepimus Democritum Abderiten ostentatione scrupuli huius frequenter usum ad probandam occultam naturæ potentiam in certaminibus, quæ contra Magos habuit.

De Sardinia. De Solfuga. De Sardonia herba. De admirandis aquarum uiribus. Caput IX.

s Ardinia quoq;, quam apud Timæum Sãdaliaten legimus, Ichnusan apud Chrysippum, in quo mari sita sit, quos incolarum authores habeat, satis celebre est. Ni

hil ergo attinet dicere, ut Sardus ab Hercule, & No-
rax à Mercurio procreati, cum alter ab Libya, al
ter ab usq; Tartesso Hispaniæ in hosce fineis permeas
sent à Sardo terræ à Norace Noro oppido nomen da
tum. Mox Aristæum regnando his proximum in ur
be Corali, quam condiderat, ipse coniūcto populo utri
usq; sanguinis seiugeis usq; ad se genteis ad unum
morem coniugasse imperium ex insolentia nihil asper
natas. Sed & hic Aristæus Iolaum creat, qui ad id
locorum agros ibi insedit. Præterea & Ilienseis, et
Locrenseis transeamus. Sardinia est quidem absq; ser
pentibus. Sed quod alijs locis serpens, hoc Solfuga Sar
dois agris. Animal perexiguum, simileq; Araneis for
ma, Solfuga dicta, quod diem fugiat. In metallis argē
tarijs plurima est. nam solum illud argenti diues est.
occultim reptat, & per imprudentiam super seden-
tibus pestem facit. Huic incommodo accedit, & her-
ba Sardonia, quæ inde fluuius fontanis prouenit lar
gius iusto. Ea si edulio fuerit, uescentibus neruos con
trahit, rictu ora diducit, ut qui mortem oppetunt, ue
lut ridentium facie intereant. Contra quicquid aqua
rum est uarie commodis seruit. Stagna pisculentissi-
ma, hybernæ pluuiæ in æstiuam penuriam reseruan
tur. Nam homo Sardus opem plurimam de imbrido
cœlo habet. Hoc collectaneum depascitur, ut sufficiat
usui, ubi defecerint scaturigines, quæ ad uictum usur
pari solent. Fontes sanè calidi & salubres aliquot lo
cis efferuescunt, qui medelas afferunt, aut solidant os
sa fracta, aut abolent à Solfugis insertum uenenum,
aut etiā ocularias dissipant ægritudines. Sed qui ocu-

lis medentur, & coarguendis ualent furibus. Nam quisquis sacramentum raptum negat, lumina aquis attrectat. Vbi periurium nõ est, cernit clarius. Si perfidia abnuit, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis admissum tenebris fatetur.

De Sicilia. et Peloriade terra, et de aquis memorãdis, et montibus. Caput. X.

S I respiciamus ad ordinem temporum, uel locorum, post Sardiniam res uocant Siculæ. Primo quod utraq; insula in Romanam potestatem redacta iisdem temporibus prouincia facta est, cum eodem anno Sardiniam M. Valerius, alteram C. Flaminius prætor sortiti sunt. Adde quod freto siculo excipitur nomen Sardoi maris. Ergo Sicilia, quod cum primis assignandũ est, diffusis promontoriis triquetra specie figuratur. Pachynus aspectus in Peloponnesum, & meridianã plagam dirigit. Pelorus aduersa uespero Italiam uidet. Lilybæus ĩ Africã extẽditur. Inter quæ Pelorias præstat, soli temperamento egregia, quod neq; humido in lutum diluatur, neq; fatiscat in uagum puluerem siccitate. Ea ubi introrsum recedit. & in latitudinem panditur, treis lacus obtinet. Quorum unus quod piscium copiosus est, non equidem ad miraculum duxerim, sed quod ei proximas condensis arbustis inter uirgultorum opaca feras nutriat, et admissis uenantibus per terrenos tramites, quibus pedestreis accessus excipit, duplicem piscandi, uenãdiq; præbeat uoluptatem. Numeratur inter eximia Tertium, ara sacrum appro

bat, quæ in medio sita breuia diuidit à profundis, qua ad eam pergitur aqua cruretenus peruenit. Quod ultra est nec explorari licet, nec attingi. Et si fiat, qui id ausus sit, malo plectitur, quantamq; sui partem ingurgitauerit, tantam it perditũ. Ferunt quẽdã in hoc alta quantam longissimam poterat iecisse lineam, eam ut recuperaret, dum merso brachio nisum adiuuat, cadauer manum factam. Peloritana ora habitatur colonia Tauromnia, quã prisci Naxum uocabant. Oppidum Messana regio Italiæ, oppositum est, qđ Rhegium à dehiscendi argumento ῥήγνυ graeci dictitabant. Pachyno multa Tunnorũ inest copia, Echinis, et omnibus mari nantibus pisculẽtissimum, ac propterea semper captura larga. Lilybitano Lilybæum oppidũ decus est, Sibyllæ sepulcro. Sicaniæ diu ãte troiana bella Sicanus rex nomen dedit, aduectus cũ amplissima Hiberorum manu. Post Siculus Neptuni filius. In hãc plurimi Corinthiorum, Arguorum, Iliensium, Doriensium, Cretensiũ confluxerunt. Inter quos Dædalus fabricæ artis magister principem urbium Syracusas habet. In qua etiam cum hyberna condũtur serena, nullo non die sol est. Adde qđ Arethusa fons in hac urbe est. Eminet montibus Aetna, & Eryx. Vulcano Aetna sacer est. Eryx Veneri. In Aetnæ uertice hiatus duo sunt, crateres nominati, per quos eructatus erũpit uapor, præmisso prius fremitu, qui per æstuantes cauernarũ latebras longo mugitu intra terræ uiscera diu uoluitur, nec ante flammarum globos attollit, quàm interni strepitus antecedant. Mirũ hoc est, nec illud minus, qđ in illa feruẽtis naturæ puicatia

mistas ignibus niueis profert, & licet uastis exudentur incendiis, apices canicie perpetua brumalem detinet faciem. Itaq; inuicta in utroq; uiolentia, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dissoluitur. Sũt & alij montes duo Nebrodes, & Neptunius. E Neptunio specula est in pelagus Thuscum, & Adriaticum. Nebrodi Damarum copia nomen dedit. Damæ & hinnuli gregatim puagantur. Inde Nebrodes dictus. Quicquid Sicilia gignit siue soli, siue hominis ingenio proximum est ijs, quæ optima iudicantur, nisi qđ fœtus terræ centuripino croco uincatur. Hic primum inuenta Comœdia, hic & cauillatio mimica in scæna stetit. Hic domus Archimedis, qui iuxta syderum disciplinam machinarius commendator fuit. Hic Lais illa, quæ eligere patriam maluit, quàm fateri. Gẽtem Cyclopum uasti testantur specus. Læstrygonum sedes adhuc sic uocantur. Ceres inde magistra sationis frumentariæ. Hic ibidem campus Aetnensis in floribus semper, & omni uernus die. Quẽ propter demersum est foramen, quo Ditem patrem ad raptus Proserpinæ libere exeuntem fama est in lucem ausum. Inter Catinam, et Syracusas certamen est de illustrium fratrum memoria, quorum nomina sibi diuersæ partes adoptant. Si Catinenses audiamus, Anapias fuit, & Amphinomus, si quod malunt Syracusæ, Aemanthiam putabimus, & Critonem. Catinensis tamen regio causam dedit facto, in qua se tum incendia Aetnæ protulissent, iuuenes duo sublatos parentes euexerunt inter flammas illæsi ignibus. Horum memoriam ita posteritas mirata est, ut sepulcri locus nominaretur cam

pus Piorum. De Arethusa, & Alpheo uerum est, hactenus quod conueniunt fons, & amnis. Fluminum abunde uaria miracula. Dianam, qui ad Camerinã fluit nisi habitus pudicæ hauserit, non cohibet in corpus unum latex uineus, & latex aquæ. Apud Segestanos Helbesus in medio flumine subita æstuatione feruet. Acin quamuis demissum Aetna, nullus frigore anteuertit, Himerum cœlestes mutant plagæ. Amarus deniq; est, dum in aquilonem fluit, dulcis ubi ad meridiem flectitur. Quanta in aquis tanta nouitas in salinis. Salem Agrigentinum si igni iunxeris, soluitur usthone, cui si liquor aquæ proximauerit, crepitat uelut torreatur. Purpureum Aetna mittit. in Pachyno translucidus inuenitur. Cætera salinarum metalla, quæ sunt, aut Agrigentino, aut Centuripis proximantia funguntur cautium ministerio. Nam illinc excudunt signa ad facies hominum, uel deorũ. Thermitanis locis insula est arundinum ferax, quæ maxime accommodatissimæ sunt in omnem sonum tibiarum, siue præcentorias facias, quarum locus est ad puluinaria Præcinendi, siue Vascas, quæ foraminum numeris Præcentorias antecedunt, siue puellatorias, qbus à sono clariore uocamen datur, siue Gingrinas, quæ breuiores licet, subtilioribus tamen modis insonant, aut Miluinas, quæ in accentus exeunt acutissimos, aut Lydias, quas & Turarias dicunt, uel Corinthias, uel Aegyptias, alias'ue à musicis per diuersas officiorum, & nominum species seperatas. In Halesina regione fons aliâs quietus, & tranquillus cum siletur, si insonent tibiæ, exultabundus ad cantum ele

uatur, & quasi miretur dulcedinem uocis ultra margines intumescit. Gelonium stagnum retro odore abigit proximantes. Ibi & fontes duo. Alter si sterilis sumpserit, fœcunda fiet, alter si fœcunda hauserit, uertitur in sterilitatem. Stagnum Petrensium serpentibus noxium est, homini salutare. In lacu Agrigentino oleum supernatat. Hoc pingue hæret arundinũ comis de assiduo uolutabro, è quarum capillamentis legitur unguentum medicum contra armentarios morbos. Nec longe inde collis Vulcanius, in quo qui diuinæ rei operantur, ligna uitea super aras struunt, nec ignis apponitur in hanc congeriem, cum porricias intulerint. Si adest deus, si sacrum probatur, sarmenta licet uiridia ignem sponte concipiunt, & nullo inflagrante à litato numine fit incendium. Vbi epulantibus alludit flamma, quæ flexuosis excessibus uagabũda, quem contigerit non adurit. Nec aliud est, quàm imago nuntia perfecti rite uoti. Idem ager Agrigentinus eructat limosas scaturigines, & ut uenæ fontium sufficiunt riuis subministrandis, ita in hac Siciliæ parte solo nunquam deficiente reiectatione, terram terra euomit. Achatẽ lapidẽ Sicilia primũ edidit ĩ Achatis fluminis ripis repertum, non uilem, cum ibi tantum inueniretur. Quippe inter scribẽtes eum uenæ naturalibus sic notant formis, ut cum optimus est, uarias perferat rerum imagines. Vnde annulus Pyrrhi regis, q̃ aduersus Romanos bella gessit, non ignobilis famæ fuit. Cuius gemma Achates erat, in quo nouem Musæ cum insignibus suis singulæ & Apollo tenens citharam uidebantur non impressis figuris, sed ingeni

tis. Nunc diuersis locis apparet. Dat Creta, quem Ciraliachaten uocant curalio similem, sed illitum guttis auro micantibus, et scorpionum ictibus resistentē. dat India reddentem nunc nemorum, nunc animalium facies, quem uidisse oculis fauet, quiq; intra os receptus sedat sitim. Sunt & qui usti redolent myrrhæ odorem. Achates sanguineis maculis irrubescit. Sed qui maxime probantur uitream habent perspicuitatem, ut Cyprius. Nam qui sunt facie cerea abūdantes triuialiter negliguntur. Omnis ambitus huius insulæ clauditur stadiorum tribus millibus.

De insulis Vulcaniis. Caput. XI.

In freto Siculo ἡφαιστίαι insulæ. XXV. millibus passuum ab Italia absunt. Itali Vulcanias uocant. Nam & ipse natura soli ignea p occulta cōmertia, aut mutuatur Aetnæ incēdia, aut subministrat. Hic dicta sedes deo igniū. Numero septē sunt. Lipare nomē dedit rex Liparus, q eā ante Aeolum rexit. Alteram Hieram uocauerūt. ea præcipue Vulcano sacrata est, et plurimū colle eminētissimo nocte ardet. Strōgyle tertia. æoli domus uergit ad solis exortum, minime angulosa, quæ flammis liquidioribus differt à cæteris. Hæc caussa efficit, quod ex eius fumo potissimum incolæ præsentiscunt, quinā flatus in triduo portendant. Quo factum, ut Aeolus rex uentorum crederetur. Didymen, Ericusan, Phœnicusan, Euonymon, quoniam similes sunt, dictas habemus.

Ex tertio Europæ sinu Epeirus. Aetolia. Peloponnesus, Aetica, Bœotia, Phocis. Multæ insulæ, & in his memoranda omnia. Caput. XII.

Tertius Europæ sinus incipit ab Acroceraunijs montibus, desinit in Hellespontum. In eo apud Molossos, ubi Dodonæi Iouis templum est, Tomarus mons est. Circa radices centeno fonte nobilis Theopompo. In Epeiro sacer fons est, frigidus ultra omnes aquas, & spectatæ diuersitatis. Nam si in eo ardentem demergas facem, extinguit, si procul, ac sine igne admoueas, suopte ingenio inflammat. Dodone Ismaro celsa est. Delphis Cephiso flumine, Castalio fonte, & Parnasi iugis celebris. Acarnania Aracyntho eminet. Hanc ab Aetolia Pindus diuidit, qui Acheloum parit, cum primis Græciæ amnibus præditum ueteri claritate. Nec iniuria cum inter calculos, quibus ripæ eius micant inueniatur Galactites, qui scrupulus ipse ater si teratur, reddit succum album ad lactis saporem. Fœminis nutrientibus illigatus fœcundat ubera, subnexus paruulis larguisculos haustus facit saliuarum. Intra os receptus liquescit. cum soluitur, tantum memoriæ bonum perimit. quem post Nilum Achelous dat, tertium nemo. Propter oppidum Patras Sciœssa locus nouem collium opacitate umbrosus, & radijs solis fermè inuisus, nec aliam ob causam memorabilis. In Laconia spiraculũ est Tænaron. Et Tænaron est promontorium aduersum Africæ, in quo fanum est Methymnæi Arionis, quem delphine eò aduectum

imago

imago testis est ærea ad effigiem casus, & ueri operis expressa. Præterea tempus signatum olympiade undetrigesima, quàm in certamine Siculo idem Arion uictor scribitur, idipsum gestum probatur. Est & oppidũ Tænaron nobili uetustate. Præterea aliquot urbes, inter quas * Leuctræ non obscuræ iam pridem Lacedæmoniorum fœdo exitu. Amyclæ silentio suo quondam pessundatæ. Sparta insignis cum Pollucis, & Castoris templo. tum etiam Otryadis illustris uiri titulis Theramne, unde primum cultus Dianæ. Pitane, quam * Archesilaus Stoicus inde ortus prudentiæ suæ merito in lucem extulit. Anthea, & Cardamyle, ubi quondam fuere Thyræ, nũc Locus dicitur, in quo anno XVII. Regni Romuli inter Lacones, & Arguos memorabile fuit bellum. Nam Taygeta mons, & flumen Eurotas notiora sunt, quàm ut stylo egeant. Inachus Achaiæ amnis Argolicum secat tractum, quem rex Inachus à se nominauit, qui exordium Arguæ nobilitati primus dedit. Epidauro decus est Aesculapij sacellum, cui incubantes ægritudinum remedia capessunt de monitis somniorum. Pallãteum Arcadiæ oppidũ, quod palatio nostro per Euãdrum Arcada appellationem dederit, sat est admonere, in qua montes Cyllene, & Lycæus, Mænalus etiã Dijs alumnis inclaruerunt, Inter quos nec Herymãthus in obscuro est. Inter flumina Herymanthus Herymantho monte demissus est, & Ladon ille Herculis pugnæ hic planè clarescunt. Varro perhibet fontem in Arcadia esse, cuius interimat haustus. In eadem terrarum parte de auibus hoc solum esse non in

dignum relatu comperimus, quod cum alijs locis Merula fulua sit, circa Cyllenem candidissima est. Nec lapidem spreuerimus, quem Arcadia mittit, Asbesto nomen est, ferri colore. Hic accensus semel extingui nõ potest. in Megarensium sinum Isthmos exit ludis quinquennalibus, & delubro Neptuni inclytus. Quos ludos ea propter institutos ferunt, quod sinibus quinq; Peloponnesi ora abluuntur. A' septentrione, Ionio, ab occidente, siculo, a' brumali occidente, aegaeo, a' solstitiali oriente, Myrtoo, a' meridie, cretico. Hoc spectaculum per Cypselum tyrannũ intermissum Corinthij olympiade quadragesima nona solennitati pristinae reddiderunt. Caeterum Peloponneson à Pelope Rege datũ nomen indicio est. Ea ut Platani folium recessibus, et promnentijs figurata, diuortium facit inter Ionium, et Aegaeum mare, quatuor non amplius millibus dispescens utrunq; litus excursu tenui, quem Isthmon dicunt ob angustias. Hinc HELLAS incipit, quam proprie ueram uolunt esse Graeciam. Quae nunc Attica, Acte prius dicta. Ibi Athenae, cui urbi saxa Scyronia propinqua sunt porrecta sex millibus passuum ob honorem ultoris Thesei, et memoriam nobilis poenae sic nominata. Ex istis rupibus Ino' se cum Palaemone filio in profundum praecipitem iaculata auxit maris numina. Nec Atticos monteis in partem tacebimus. Est Icarius, est Brilessus, est Lycabetthus, et Aegilus. Sed Hymetto merito, ac iure attribuitur principatus, quod apprime florulentus eximio mellis sapore, & externos omneis, & suos uincit. Callirhoën stupent fontem, nec ideo * Cruneson fontem alterũ nul

li rei numerant. Atheniensibus iudicij locus est A rio pagus, Maratho campus factus memorabilis opinione prælij cruentissimi. Et multæ quidem insulæ obiacent Atticæ continenti, sed suburbanæ ferme sunt. Salamis, * Sunium, * Cos, Ceos, quæ, ut Varro testis est, subtilioris uestis amicula arte lanificæ prima in ornatum fœminarum dedit. Bœotia Thebis enitet. Thebas condidit Amphion, non quod lyra saxa duxerit. neq; enim par est id ita gestum uideri, sed qd affatus suauitate homines rupium incolas, & incultis moribus rudeis ad obsequij ciuilis pellexerit disciplinam. Vrbs ista numinibus apud se ortis gloriatur, ut perhibent qui sacris carminibus Herculem, et Liberum celebrant. Apud Thebas Helicon lucus est. Citheron saltus, Amnis Ismenius, Fontes Arethusa, Oedipodia, Psammate, Dirce. Sed ante alios Aganippe, & Hippocrene. Quos Cadmus literarum repertor primus, quoniam equestri exploratione primus deprehendisset, dum rimatur. quænam adisset loca, incensa est licentia Poetarum, ut pariter utrunq; disseminaretur, scilicet quod eorum alter alitis equi ungula soli citatus foret, alter potus facundia animas irrigaret. Et quod aperta foret alitis equi ungula, & quod poti inspirationem facerent literariam. Eubœa insula laterum obiectu efficit Aulidis portum, Siculis traditum græcæ coniurationis memoria. Bœoti ijdem sunt, qui Leleges fuerunt, p quos defluens Cephisus amnis se in maria condit. In hac continẽtia Opuntius sinus, Larissa oppidũ, Delphi ramne quoq;, in qua Amphiarai fanum, & Phidiacæ signum Dianæ. Varro opi

natur duo in Bœotia esse flumina, natura licet sepa-
ri, miraculo tamen non discrepante. Quorũ alterum
si ouillum pecus debibat, pullum fieri coloris, quẽ in=
duerit. Alterius haustu quæcunq; uellerũ fusca sunt,
in candidum uerti. Addit etiam uideri ibi puteum pe
stilentem, cuius liquor mors est haurientibus. Perdi-
ces sane cum ubiq; liberæ sint, ut aues uniuersæ, in
Bœotia nõ sunt. Nec cum uolant, sui sunt iuris. Sed
in ipso aere quas transire non audeant, metas ha-
bent. Inde ultra notatos iam terminos nunquã exe
unt, nec in Atticum solum transmeant. Hoc Bœotijs
proprium, Nam quæ communia sunt omnibus gene
ratim post persequemur. Concinnantur à Perdicibus
nidi munitione solerti. Spineis enim fruticibus, ac sur
culis receptus suos uestiũt, ut animalia, quæ infestant,
arceantur à spinis surculorum. Ouis stragulum pul
uis est, atq; clanculo reuertuntur, ne indicium loci con
uersatio frequens faciat. Plerunq; fœminæ trasuehunt
partus, ut mares fallant, qui eos impatientius affli=
gunt sæpissime adulantes. Dimicatur circa connubi-
um, uictosq; credunt fœminarum uice uenerem susti
nere. Ipsas libido sic agitat, ut si uẽtus à masculis fla
uerit, fiant prægnantes odore. Tunc siquis hominum
ubi incubant, propinquabit, egressæ matres uenien-
tibus sese sponte offerunt, & simulata debilitate uel
pedum, uel alarum quasi statim capi possint, gressus
fingunt tardiores. Hoc mendacio solicitant obuios, &
eludunt, quoad prouecti longius à nidis auocentur.
Nec in pullis studium segnius ad cauendum. Cũ enim
uisos se persentiscunt, resupinati glebulas pedibus at-

tollunt, quarum obtentu tam callide proteguntur, ut lateant etiam deprehensi.

De Thessalia, & Magnesia, & altissimis montibus, & Philippo Macedonum Rege, cui alter oculus ad Methonen erutus est. Caput XIII.

t

Hessalia eadem est & Hæmonia, quam Homerus πελασγικὸν ἄργος nominat. Vbi genitus Hellen, à quo Reges Hellenes nominati. Huius à tergo Pierus ad Macedoniam protenditur, quæ deuicta sub Macedonum uenit iugum. Multa ibi oppida, flumina multa. De oppidis egregia sunt Phthia, Larissa, Thessalia, & Thebæ. De amnibus Peneus, qui propter Ossam, Olympumq; decurrens collibus dextra, læuaq; mollitur curuis, nemorosis conuallibus Thessalica facit tempe, undesq; apertior Macedoniam, ac Magnesiā interluēs, inter Thermæum sinum conditur. Thessaliæ sunt Pharsalica cāpi, in quibus ciuilium bellorū intonuerunt procellæ. Ac ne in montes notos eamus, Pindum, & Othryn agitent, qui Lapitharum originem prosequuntur. Ossam, quos Centaurorum fabulis immorari iuuat. Pelion autem nuptiale conuiuium Thetidis, atq; Pelei in tantum notitiæ obtulit, ut taceri de eo magis mirū sit. Nam Olympum ab Homero non per audaciam celebratum docent qui in eo uisitantur. Primum excellenti uertice tantus attollitur, ut summa eius cœlum accolæ uocent. Ara est in cacumine Ioui dicata, cuius altaribus siqua de extis inferuntur, nec difflantur uen

tosis spiritibus, nec pluuijs diluuntur, sed uoluēte altero anno cuiusmodi relicta fuerint, eiusmodi reperiuntur. Et omnibus tempestatibus à corruptelis aurarum uindicatur quicquid ibi semel est Deo consecratum. Literæ in cinerem scriptæ usq; ad alteram anni cærimoniam permanent. In regione Magnesia Methone oppidum situm est, quod cum obsideret Philippus Alexandri Macedonis magni pater, damnatus est oculo ictu sagittæ, quam iecerat Aster oppidanus inscriptam suo nomine, loco uulneris nomine, quē petebat. Populum istum callere artem sagittariam credere possumus, uel de Philoctete, quoniam Melibœa in hoc pede computatur. Sed ne transeamus præsidium poëtarum, fons Libethrus & ipse Magnesiæ est.

De Macedonia, & Regum successione, ac Peanite lapide. Caput XIIII.

q Vi Edonij quondam populi, quæq; Mygdonia erat terra, aut Pierium solum, uel Emathium, nunc omne uniformi uocabulo Macedonica res est, et partitiones, quæ specialiter antea seiungebantur, Macedonum nomini contributæ, factæ sunt corpus unum. Igitur Macedoniam præcingit Thracius limes. meridiana Thessaliæ Epirotæ tenent. à uesperali plaga Dardani sunt & Illyrij, qua Septentrione tenditur, Pœonia, ac Pelagonia protegitur. À Triballis montanis excessibus aquilonio frigori obiecta. Inter ipsam, & Thraciam Strymo amnis facit terminum, qui ab Hæmi iugis irriga.

tur. Verũ, ut silcã, aut Rhodopen Mygdonium mon tem, aut Atho classibus persicis nauigatum, continen tiq; abscissum mille quingentorum passuum longitudine. Simul de auri uenis, & argenti, quæ optimæ in agris Macedonum, & plurimæ eruuntur, Orestiden dicam populi sunt, qui ut Orestidæ dicerentur, inde cœptum. Mycenis profugus matricida, cum abscessus longius destinasset, natum sibi in Aemathia paruulũ de Hermione, quá in omneis casus sociam adsciuerat, hic mandauerat occulendum. Adoleuit puer in spiritu regij sanguinis nomen patris sui referens. Occupatoq; quicqd esset, quod procedit in Macedonicum sinum, & Adriaticum salum terram, cui imperitauerat Orestiden dixit. Admonet Phlegra, ubi ante quàm oppidum fieret, rumor est militiam mundi dimicatam cum gigantibus, ut penitus psequamur quá tis probationibus ibidem imperij indicia diuinæ expeditionis in hoc seculo perseuerarint. Illic siquando, ut accidit, nimbis torrentes excitantur, & aucta aquarum pondera ruptis obicibus ualentius se in campos ruunt eluuione, ossa etiam nunc ferunt detegi, quæ sunt ad instar corporis humani, sed modo grandiore, quæ ob enormẽ magnitudinem monstrosi exercitus iactitant extitisse, idq; adiuuatur argumento saxorum immanium, quibus oppugnatum cœlum crediderunt. Pergam ad residua, quæ in Thessaliam & Hæmoniam porrigũtur. Sunt enim arrectiora, quàm usquam proceritas montana attolli ualeat. Nec est in terris omnibus, quod merito ad istas eminentias comparetur. Quippe quas solas diluuialis irruptio cum

uniuersa obduceret humido situ inaccessas reliquit. Durant uestigia non languidæ fidei, quibus apparet hos locos superstites undosæ tempestati fuisse. Nam in latebrosis rupium cauaminibus, quæ fluctuum conflictu tunc adesa sunt reduuiæ Conchyliorum, & alia multa, quæ affatim mari incato expuütur. Ita ut sint licet facie mediterranea, apparent tamen specie litorali. Nunc de incolis reddam. Emathius, qui primus in Emathia accepit principatum, seu quia indago originis eius æuo disperijt, seu quia alta res est, genuinus terræ habetur. Post hunc in Macedonijs exortum Emathiæ nomē perstitit. Sed Macedo Deucalionis maternus nepos, qui solus cum domus suæ familia morti publicæ superfuerat, uertit uocabulum, Macedoniamq; à se dixit. Macedonē Caranus insequitur dux Peloponnesiacæ multitudinis, qui iuxta responsum datum è deo ubi caprarum pecus resedisse aduerterat, urbem condidit, quam dixit αἶγαι, in qua sepeliri reges mos erat, nec alter excellentium uirorum bustis apud Macedonas priscos dabatur locus. Succedit Carano Perdicca II & XX olympiade primus in Macedonia rex nominatus, cui Alexander Amynthæ filius diues habitus est. nec immerito. Ita enim affluenter successus eius ampliandis opibus proficiebant, ut ante omnes Apollini Delphos, Ioui Eliden statuas aureas dono miserit. Voluptati aurium indulgentissime deditus, sicut plurimos, qui fidibus sciebant, dum uixit, in usum oblectamenti donis tenuit liberalibus, inter quos, et Pindarum Lyricum. Ab hoc Archelaus regnum excepit, prudens rei bellicæ, na-

ualium etiam commentor præliorum. Is Archelaus tantum literarum mire amator fuit, ut Euripidi Tragico consiliorū suorū summā crederet. Cuius suprema non contentus prosequi sumptu funeris, crinem tonsus est, & mœrorem, quem animo conceperat, uultu publicauit. Idem Archelaus Pythias, et olympicas palmas quadrigis adeptus, græco potius animo, quàm regali gloriam illam præfetulit. Post Archelaum macedonica res dissensione iactata in Amynthæ regno stetit, cui tres liberi. Sed Alexāder patri succedit. Quo exemplo, Perdiccæ primū data copia amplissimæ potestatis, qui obiens hæreditarium regnum fratri Philippo reliquit. Quem captum oculo dextro apud Methonen supra diximus, cuius'q; debilitatis omen præcesserat. Nam cum nuptias ageret, acciti tibicines carmen cyclopeum, quasi de colludio concinuisse traduntur. Hic Philippus magnum procreat Alexandrum, quā libet Olympias Alexandri mater nobiliorem ei patrem acquirere affectauerit, cum se coitu draconis consatam affirmaret. Ita tantum ipse egit, ut Deo genitus crederetur. Peragrauit orbem rectoribus Aristotele, & Calisthene usus, subegit Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, & Cappadociam, Syriam, Aegyptum, Taurum, Caucasum'q; transgressus est. Bactras domuit. Medis, & Persis imperitauit, cepit Indiam, emensus omnia, ad quæ Liber, et Hercules accesserāt. Forma supra hominem augustiore, ceruice celsa, lætis oculis, & illustribus malis ad gratiam rubescentibus, reliquis corporis liniamentis non sine maiestate quadam decorus. Victor omnium uino et ira uictus.

Morbo uinolentiæ apud Babylonem humilior, quàm uixerat, fortuna exemptus est. Post quem qui fuerunt magis ad segetem Romanæ gloriæ, quàm ad hæreditatem tanti nominis ortos inuenimus. Macedonia lapidem gignit, quem Peaniten uocat. Hunc eundem, & concipientibus, & parientibus opitulari fama prodiga est. Circa Tyresiæ sepulcrum plurimus inuenitur.

Thracum mores, & instituta, & Prouinciæ situs, ac natura. Caput XV.

n

Vnc in Thraciam locus est pergere, & ad ualidissimas Europæ gentes uela obuertere. Quas qui sedulo experiri uelint, non difficulter deprehendet, Thracibus barbaris inesse contemptum uitæ, et ex quadam naturalis sapientiæ disciplina concordant omnes ad interitum uoluntarium, dum nonnulli putant obeuntium animas reuerti, alij non extingui, sed beatas magis fieri. Apud plurimos luctuosa sunt puerperia. Deniq; recentem natum fletu parens excipit. Contra uersum læta sunt funera, adeo ut exemptos gaudio prosequantur. Vxorum numero se uiri iactitant, & honoris loco ducunt multiplex coniugium. Quæ fœminæ tenaces sunt pudicitiæ, defunctorum insiliunt coniugum rogos, &, quod maximum insigne ducunt castitatis, præcipites in flammas eunt. Nupturæ nó parentum arbitratu transeunt ad maritos, sed quæ præ cæteris specie ualent, subhastari uolunt, & licentia ta

xationis admissa non moribus nubunt, sed præmijs. Quas formæ premit dedecus, emunt, quibus coniu= gantur. Vterq; sexus epulantes focos ambiunt herbarum, quas habent semine ignibus superiecto. Cuius nidore perculsi pro lætitia habent imitari ebrietatem sensibus sauciatis. De ritu ista sunt. De locis, & populis quæ sequuntur. Strymonem accolunt dextro latere Densalatæ. Bessorũ quoq; multa nomina ad usq; Nestum amnem, qui radices Pangei circunfluit. Hebrum Odrysarum solum fundit, qui fluuius excur= rit inter Briantas, Dolancas, Thunos, Corpillos, aliosq; barbaros tangit, & Cycones. Deinde Hæmus sex millibus passuum arduus, cuius auersa Mysi, Getæ, Sarmatæ, Scythæ, et plurimæ insidunt nationes. Ponticum litus Sithonia gens obtinet, quæ nato ibi Orpheo uate decus addidit nomini. Quem siue sacro= rum, siue cantuum secreta in promontorio agitasse tradunt. Deinde stagnum Bistonium, nec longe regio Maronea, in qua * Tyrida oppidum fuit equorum Diomedis stabulum. Sed cessit æuo, solumq; turris uestigium adhuc durat. Inde nõ procul urbs Abdera, quam Diomedis soror & condidit, & à se sic uocauit. Mox Democriti domus physici, ac, si uerum rimere, ideo nobilior. Hanc Abderam olympiade prima & tricesima senio collapsam Clazomenij ex Asia ad maiorẽ faciem restitutam, obliteratis quæ præcesserãt. nomini suo uindicarunt. Locum Doriscon illustrem reddidit Xerxæ aduentus, quod ibi recoluit militis sui numerum. Polydori tumulum ostendit Hæmus in parte. quam aratores Scythæ celebrant. Quondam

urbem Geraniam, Cattruzan Barbari uocant, unde à gruibus Pygmæos ferunt pulsos. Manifestum sane est in septentrionalem plagam hyeme grues frequentissimas conuolare. Nec piguerit meminisse, quatenus expeditiones suas dirigant, & sub quodam militiæ eunt signo, & ne pergentibus ad destinata uis flatuum renitatur, arenas deuorant, sublatisq; lapillulis ad moderatam grauitatem saburrantur. Tunc se tollunt in altissima, ut de excelsiore specula metentur quas petant terras, fidens meatu præit cateruas. Volatus desidiam castigat, uoce, quæ cogit agmen. Ea ubi obraucata est, succedit alia. Pontum transituræ angustias captant. Et quidem eas promptum est oculis deprehendere. Quæ inter Tauricam sunt & Paphlagoniam, idest inter Caramben, & κριȣ μέτωπον. Cũ trans medium alueum aduentasse se sciunt, scrupulorum sarcina pedes liberant. Ita nautæ prodiderunt, compluti sæpe ex illo casu imbre saxatili. Arenas nõ prius euomunt, quàm securæ sedis suæ fuerint. Concors cura omnium pro fatigatis, adeo ut siquæ defecerint, congruant uniuersæ, lassasq; sustollant usq; dũ uires otio recuperentur. Nec in terra cura segnior. Excubias nocte diuidunt, ut ex somnis sit decima quæq; uigil. Ponduscula digitis amplectuntur, quæ si forte exciderit, somnum coarguant. Quod cauendum erit, clangore indicant. Aetatem in illis prodit color. nigrescunt senectute. Veniamus ad promontoriũ Chrysocera Byzantio oppido nobile, antea Lygos dictum, quod à Dyrrhachio abest septingentis undecim millibus passuum. Tantum enim patet inter Adriaticum

mare, et Propontidem. In Cænica quoq; regione non longe à Flauiopoli Colonia, Biziæ oppidum quondam arx Terei regis, nunc inuisum, hirundinibus, et deinceps alitibus inaccessum, quanquam & Thebas, quod illa mœnia sæpius capta sint, aspernentur subire. Nam inter cætera habere illas quiddam præsciū, inde noscitur, quod lapsura non petunt culmina, & aspernantur peritura quoquo modo tecta. Minime certe à diris auibus impetuntur, nec unquā præda sunt ut sacræ, cibos nunquam sumunt residentes, sed in aëre capiunt escas, & hauriunt. Alter Isthmos in Thracia est similibus angustijs, & pari latitudine arcti maris, cuius litora urbes utriq; secus ostentant. Propontidis oram insignit Pactye. Melana Sinum Cardia, quod in cordis facie sita sit, dicta Cardia est. Omnis autem magnus Hellespontus stringitur in stadia septem, quibus ab Europa Asiaticam plagam uindicat. Hic quoq; urbes duæ Abydos Asiæ est, & Sestos Europæ. Deinde contraria inter se promontoria Mastusia Cherronesi ubi finitur Europæ sinus tertius, Sigeum Asiæ, in quo tumulus est Cynosæma dictus Hecubæ sepulcrum, & turris Protesilai delubro data. Finibus Thraciæ à septentrione Ister intenditur, ab oriente Pontus, ac Propontis. A meridie Aegæum mare.

Insulæ Claros, cuius facies Aegæo mari nomen dedit, Cythera, Creta. In qua multa referūtur, quæ tum ad animalium omnium genera, tum ad plantas pertineant. Carystos, cum aquis Hellopijs mire salubri

bus, Cyclades, Sporades, Atho montis umbra.

Caput. XVI.

i Nter Tenedum, & Chium est Claros insula, qua Aegæus sinus panditur, ab dextra Antandrum nauigantibus saxum est. Hoc enim uerius, quàm insula meruit cognominari, id quoniam uisentibus procul capræ simile creditur, quam græci αἶγαν nuncupant. Aegæus ab ea sinus dictus est. A' Phalauro Corcyræ promontorio ad nauis effigiem scopulus eminet, in quem transfiguratam Vlyssis nauem crediderunt. Cytheræa, quæ à Malea abest quinq; millibus passuum, Porphyris antea nomen fuit. Pronius est Cretam dicere, quàm absoluere in quo mari iaceat, Ita enim circunfluis illius nomina græci permiscuerunt, ut dum alijs alia inferunt, penè oblimarint uniuersa. Quanta possimus tamen in designanda fide, operam locabimus, nequid hæreat sub ancipiti. Inter ortum porrigitur, & occasum tractu longissimo. hinc Græcia, inde Cyrenis obiacentibus. A' septẽtrione Aegæis, & suis, idest Creticis æstibus uerberatur. Ab Austro Libycis undis perfunditur, et Aegyptijs, constipata centum urbibus, sicut perhibent qui prodige linguam largiti sunt, sed magnis & ambitiosis oppidis. Quorum principatus est penes. Gortynam, Cydona Cnosson Therapnen, Scylletion. Dosiades eam à Crete nympha Hesperidos filia, Anaximander à Crete rege Curetum, Crates Aeriam prius us dictam, mox Curetim, nonnulli etiam à temperie cœli μακαρόνησον appellatam prodiderunt. Pri

ma mari potuit nauibus, & sagittis. Prima literis iu ra iunxit Pyrrho repertore equestres turmas. Prima docuit lasciuas uertigines implicare. Ex qua discipli na bellicæ rei ratio, usus datus est. Studium musicum inde cœptum, cum Idæi Dactyli modulos crepitu, ac tinnitu aëris deprehensos in uersificum ordinẽ trã stulissent. Albet iugis montiũ Dictynæi, et Cadischi, qui ita excandescunt, ut eminus nauigantes magis pu tent nubila. Præter cæteros Ida est, qui ante solis or tum solem uidet. Varro in libro, quẽ de litoralibus fe cit, etiã suis temporibus affirmat sepulcrũ Iouis ibi ui situtum. Cretes Dianã religiosissime uenerantur. βρι θόμαρτυν, gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat uirginẽ dulcẽ. Aedẽ numinis præterquam nu dus uestigia nullus licato ingreditur. Ea ædes osten tat manus Dædali Gortynam amnis Lethæus præ terfluit, quo Europã Tauri dorso Gortyni ferunt ue ctitatam. Iidem Gortyni, et Cadmum colunt Europæ fratrem. Ita enim memorant. Videtur hic, et occurrit, sed die iam uesperato augustiore se facie uisendũ offe rẽs. Cnossii Mineruã ciuem Deã numerãt, primũq; apud se fruges satas affirmant audacter, cum Atticas contendẽtes. Ager Creticus syluestrium caprarũ copio sus est, ceruo eget. Lupos, uulpeis, aliaq; quadrupedũ noxia nusquam educat. Serpẽs nulla, larga uitis, mi ra solis indulgentia, arborũ prouentus abũdantes. Nã in huius tantũ insulæ parte repullulãt cæsæ Cupres si. Herba ibi est, quæ ἄλιμος dicitur. Ea admorsa diur nam famẽ prohibet. Proinde et hæc Cretica est. Pha langiũ aranei genus est. si nisum quæras, nulla uis

corpis, si potestatē, ictū hoiem ueneno iterficit. Lapis quoq; idæus dactylus dicitur insulæ istius alumnus, coloris ferrei, humano pollici similis. Auē noctuā Creta nō habet, etsi iuehatur, emoritur. Carystos aquas calēteis habet, quas ἐλλοπίας uocāt. et Carystias aueis, quæ flammas impune inuolāt. Carbasa etiā, quæ inter igneis ualent. Chalcis eadem habita est apud priscos, ut Callidemus author est, ære ibi primum reperto. Titanas in ea antiquissime regnasse ostendunt ritus religionum. Briareo enim rem diuinam Carystij faciunt, sicut Aegæoni Chalcidenses. Nam omnis ferme Eubœa Titanum fuit regnum. Cycladas autumant inde dictas, quia licet spatiis longioribus à Delo proiectæ, in orbem tamen circa Delum sitæ sunt. Orbem κύκλον Grai ferunt. Ios Homeri tumulo cæteras antecedit. Meminisse hoc loco par est post primum diluuium Ogygij temporibus notatū, cum nouem, & amplius mensibus diem continua nox inumbrasset, Delon ante omneis terras radijs solis illuminatam, sortitamq; ex eo nomen, quod prima reddita foret uisibus. Inter Ogygium sanè, & Deucalionem medium æuum. DC. annis datur. Eadem est & Ortygia, quæ clarissima est, in Cycladum numero multifarie traditur. Nunc * Asteria à cultura Apollinis, nunc à uenatibus Lagia, uel Cynethus, Pyrpole etiam, quoniam tabula ibi, & ignis inuenta sunt. In hac primum uisæ Coturnices aues, quas ὄρτυγας Græci uocant. Has easdem in Latonæ tutela existimant constitutas, nec semper apparent, adueniendi habent tempora æstate depulsa. Cum maria

tranant

tranant impetus differunt ex metu spatij longioris ui
res suas nutriunt tarditate. Vbi terrã persentiscunt,
coeunt cateruatim, deinde globatæ uehementius pro-
perant. quæ festinatio plerunq; exitium portat naui-
gantibus. Accidit enim plerunq; noctibus, ut uela inci
dant, & præponderatis sinibus alueos inuertant. au
stro nunquam exeunt. nam metuunt uim flatus tu-
midioris. Plurimum se Aquilonibus credunt, ut cor-
pora pinguiuscula, atq; eo tarda facilius prouehat sic
cior, & uehementior spiritus. Ορτυγομῆτρα dicitur,
quæ gregem ductitat, eandem terræ proximantem ac
cipiter speculatus rapit. Ac propterea opera est uniuer
sis, ut solicitent ducem generis externi, per quem fru-
strentur prima discrimina. Cibos gratissimos habẽt
semina uenenorum. quam ob causam eas damna-
uere prudentium mensæ. Solum hoc animal, præ-
ter hominem, morbum patitur comitialem. Eubœa
tam modico æstu diuidua est à Bœotiæ continen-
ti, ut dubitandum sit, an numerari inter insulas
debeat. Nam latæ quam uocant terræ, ponte iun
gitur, & per fabricam breuissimæ machinæ adi-
tur pede, Cenæo promontorio uadit in septentrionem,
duobus alijs in meridiem extenditur. quorum Ge-
ræstos spectat Atticam, Caphareus prominet in Hel-
lespontum. Vbi post Ilij excidium Argiuam classem
uel Mineruæ ira, uel, quod certior prodit memoria, sy
dus Arcturi grauibus affecit casibus. Marmore Pa-
ros nobilis à Delo oppido frequentissime, prius tamen
Minoia quàm Paros dicta. Nam subacta à Minoe,
quoad in creticis mansit legibus, Minoiam loqueban-

tur. Præter marmora dat & Sardam lapidem, qui marmore quidem præstat, inter gemmas uero uilissimus ducitur. Naxon à Delo duodeuiginti millia passuũ seperãt, in qua Strongyle oppidũ. Sed Naxos Dionysia prius quàm Naxos dicta, uel quia hospita Libero patri, uel quod fertilitate uitium uincat cæteras. Sunt præterea Cyclades plurimæ, sed i supradictis præcipuũ est, quod memoriæ debeatur. De Sporadibus est et Icaros, quæ Icario mari nomen dedit. Hæc inter Samum & Myconum procurentibus saxis inhospita, ac nullis finibus portuosa ob inhumana litora infamis est. Vult ergo Varro Icarum Creten ibi naufragio interijsse, & de exitu hominis impositum nomen loco. Nam in Samo nihil nobilius quàm Pythagoras ciuis. qui mox offensus fastu tyrannico relicta domo patria, Bruto consule, qui reges urbe exegit, Italiam aduectus est. Melos, quam Callimachus * μιμαλλίδα dixit, omnium insularum rotundissima est, iuxta Aeoliam. Nam Carpathus, à qua carpathium sinum dicimus. Nunquam ita cœlum nubilum est, ut in sole Rhodos nõ sit. Lemnij Vulcanum colunt, ideo in Lemno metropolis Ephæstia. Præterea oppidum Myrina, in cuius forum mons Athos è Macedonia umbram iacit. Quod non frustra inter miracula notauerunt, cum Athos à Lemno sex & octoginta millibus passuũ seperetur. Est sane Athos sublimis adeo, ut altior æstimetur, quàm unde imbres cadunt. Quæ opinio eo fidem concepit, quod in aris, quas cacumine sustinet, nunquam cineres eluuntur, nec quicquam ex aggeribus suis perdunt, sed quo relicti fuerit cumulo

permanent. In summo oppidum Acrothosiit, in quo dimidio longior, quàm in alijs terris incolentiũ ætas prorogabatur, * Ideo inde homines μακροβίυς græci, nostri appellauere longæuos.

Ex quarto Europæ sinu Hellespontus, Propontis, Bosphorus Thracius, & mira de Delphinis.
Caput XVII.

q Vartus Europæ sinus Hellesponto incipit, Mæotidis ostio terminatur, atq; omnis hæc latitudo, quæ Europã, Asiamq; diuidit, in septem stadiorũ angustias stringitur. Hic est Hellespontus, hac Xerxes ponte nauibus facto permeauit. Tenuis deinde Euripus porrigitur ad Asiæ urbem Priapum, quam magnus Alexander potiundi orbis amore transcendit, & potitus est. Inde diffusus æquore patentissimo rursus stringitur in Propontidem, mox in quingentos passus coarctatur, fitq; Bosphorus Thracius, qua Darius copias trãsportauit. Hæc profunda delphinas plurimos habent, in quibus causæ miraculi multiformes. Ante omnia nihil uelocius habent maria, sic ut plerunq; salientes transuolẽt uela nauium. Quoquo coniuges euagantur, Catulos edunt. Decimus mensis maturum facit partum. Lucinam æstiuus dies soluit. Vberibus fœtus alunt. Teneros in faucibus receptant. Inualidos aliquãtisper prosequuntur. In tricesimum annum uiuunt, quod exploratum est in experimentum caudis amputatis. Ora non quo cæteræ belluæ loco habent, sed ferme in uen

tribus. Contra naturam aquatilium soli linguas mouent. Aculeatæ sunt spinæ dorsuales, cum iræ subiacet, inhorrescunt. Cum animi conquiescunt, quibusdam receptaculis operiuntur. Spirare eos in aquis negant, & uitales auras non nisi in aere supero recipere. Pro uoce gemitus est similis humano. Certum habent uocabulum, quo accepto uocantes sequuntur. Nã proprie Simones nominantur. Voces hominum aquilonis flatu celerius hauriunt. Contra austro spirante auditus obstruuntur. Mulcentur musica, gaudent cantibus tibiarum, ubicunq; symphonia est, gregibus aduentant. D. Augusto principe in Cãpania delphinẽ puer fragmentis panis primo illexit, & in tantum consuetudo ualuit, ut alendum se etiam manibus ipsius crederet. Mox cũ profluxisset puerilis audacia, intra spatia eum Lucrini lacus uectitauit. Vnde effectum ut à Baiano litore equitantem puerum Puteolos usque perueheret, hoc per annos plurimos tandiu gestum est, donec assiduo spectaculo desineret miraculum esse, quod gerebatur. Sed ubi obijt puer, sub oculis publicis desyderij mœrore delphin interijt. Pigeret hoc asseuerare ni Mecœnatis, & Fabiani multorumq; præterea esset literis comprehensum. In Africano mox litore apud Hipponem Diarrhyton Delphin ab Hipponensibus pastus tractandum se præbuit, impositos quoq; frequenter gestauit, nec populi tantum manibus acta res. Nam & proconsul Africæ Flauianus ipse eum contigit, unguentis etiam delibuit. qui odoris nouitate obsopitus aliquantisper pro exanimi iactatus ẽ, multisq; mẽsibus desciuit à solita conuersatiõe. Apud

Assum urbem Babyloniæ puerum delphinus adamauit. quem dum post assueta colludia recedentem impatientius sequitur, arenis inuectus hæsit. Alexander magnus amorem illum numinis fuisse interpretatus, præfecit puerum Neptuni sacerdotio iuxta eandem urbem, ut Egesidemus author est. Alium puerum Hermiam nomine per maria similiter insidētem cum undosior fluctus necasset, delphin ad terram reuexit, et uelut fateretur reatum pœnitentiā suam morte multauit, nec reuerti uoluit amplius in profunda. Suppetūt & alia exempla, ut Arionem transeamus, cuius exitum annalium fides comprobauit. Ad hæc siquando lasciuiunt noui fœtus à maioribus datur adulator gregi custos. Quo magistro eludere impetus incursantium belluarum addiscant, quāquam ibi præter Phocas rara bellua est. plurimus Thynnus in pōto, nec alibi penè fœtificant. Nusquā enim citius adolescunt, scilicet ob aquas dulciores. Illabuntur ueris tempore, intrant dextro litore, læuo exeunt. hoc inde accidere credunt, quod dextris oculis acutius cernunt, quàm sinistris.

De Istro, Hypani, & Borusthene fluuijs, & Scythiæ parte, & de memorandis ferè omnibus, quæ in his nascantur locis. Caput XVIII.

Ister Germanicis iugis oritur, effusus monte, qui in Tauracos Galliæ spectat. sexaginta amnes in se recepit, omnes fermè nauigabiles, septē ostijs pontum influit.

Quorum primum Peucæ, Secundú Narcustoma, Tertium Calostoma, Quartum Pseudostoma. Nam Boreostoma, ac deinde Stenostoma languidiora sunt cæteris. Septimum uero pigrum, ac palustri specie non habet, quod amni comparetur priora. Quatuor adeo magna sunt, ut per longitudinem quadraginta millium passuum non misceantur æquori, dulcemq; haustum incorrupto detinent sapore. Per uniuersum pontum Fiber plurimus, quem alio uocabulo dicunt Castorem, Lutræ similis est, animal morsu potentissimum adeo, ut cum hominem inuadit, conuentum dentium non prius laxet, quàm concrepuisse persenserit ossa fracta. Testiculi eius appetuntur in usum medelarú, idarco cum urgeri se intelligit, ne captus prosit, ipse geminos suos deuorat. Mittit pontus & gemmas, quas à patria pónticas dicimus genere diuerso. Aliæ aureas, aliæ sanguineas habent stellas, & hæ quidem inter sacras habentur. Nanq; ostentationi potius quàm usui deleguntur. Non guttis aspersæ sunt, sed longis colorú ductibus liniuntur.

De Hypani, & Borusthene. Caput XIX.

Omnis Hypanis oritur inter Auchetas, Scythicorum amnium princeps, purus, & haustu saluberrimus usq; dum Callipodum terminis inferatur, ubi fons Exampeus infamis est amara scaturigine. qui Exampeus liquido admistus fluori amnem uitio suo uertit, adeo ut dissimilis sui in maria condatur. Ita inter gentium

opiniones fama de Hypane discordat, qui in principijs eum norunt, prædicant, qui in fine experti sunt, non iniuria execrantur. Apud Neuros nascitur Borysthenes flumen, in quo pisces egregij saporis, & quibus ossa nulla sunt, nec aliud quàm chartilagnes tenerrimæ. Verum Neuri, ut accepimus, æstatis temporibus in lupos transfigurantur. Deinde exacto spatio, quod huic sorti attributum est, in pristinam faciem reuertuntur. Populis istis deus Mars est, pro simulacris enseis colunt. Homines uictimas habent, ossibus adolent ignes focorum. Geloni ad hos proximant. De hostium cutibus & sibi indumenta faciunt, et equis suis tegmina. Gelonis Agathyrsi collimitantur cœruleo picti colore, fucatis in cœrulum crinibus. nec hoc sine differentia. nam quanto quis altero præstat, tanto propensiore nota tingitur, ut sit indicium humilitatis minus pingi. Post Anthropophagi quibus execrandi cibi sunt humana uiscera. quem morem impiæ gentis adiacentium terrarum prodit tristissima solitudo. Quas ob nefariũ ritum finitimæ nationes, metu profugæ reliquerunt, & ea causa est, ut usque ad mare, quod Tabin uocant, per longitudinem eius oræ, quæ æstiuo orienti obiacet, sine homine terra sit, & immensa deserta, quoad perueniatur ad Seras. Chalybas, et Dacæ in parte Asiaticæ Scythiæ crudelitate ab immanissimis nihil discrepant. At Albani in ora gentes, qui posteros se Iasonis credi uolunt, albo crine nascuntur, canitiem habent auspicium capillorum. Ergo capillorũ color genti nomẽ dedit. Glauca oculis iest pupilla, ideo nocte plus quàm die cernunt. Apud hos

populos nati canes feris omnibus anteponuntur, frangunt tauros, leones perimunt, detinent quicquid obiectum est. Quibus ex causis meruerunt etiam annalibus tradi. Legimus petenti Indiam Alexandro à rege Albaniæ dono duos missos. quorum alter sues sibi, & ursos oblatos usqueadeo spreuit, ut offensus degeneri præda, ignauo similis diu accubaret, quem per ignorantiam uelut inertem, Alexander extingui imperauit. Alter uero monitu eorum, qui donum prosecuti erant, leonem missum necauit. Mox uiso Elephanto notabiliter exultans belluam primum astu fatigauit, deinde cum summo spectantium horrore terræ affixit. Hoc genus canum crescit ad formam amplissimam, terrificas latratibus ultra rugitus insonantes. hæc sunt de canibus albanis, reliqua communia uniuersis. Dominos æqualiter canes omnes diligunt, sicut exemplis palàm factum est. In Epetro deniq; domini percussorem in cœtu agnitum latratu canis prodidit. Iasone Lycio iterfecto canis ipsius aspernatus cibum inedia obijt. Lysimachi regis canis, flammis se iniecit, accenso domini rogo, et pariter igni absumptus est. Garamantum regem ducenti canes ab exilio reduxerunt præliati aduersus resistenteis. Colophonij, & Castabalenses canibus in bella productis primas acies instruebant. Appio Iunio, & P. Silio COSS. damnatum dominum canis cum abigi non posset, comitatus in carcerem mox percussum, ululatu prosecutus est. Cumq; ex miseratione populi romani potestas ei cibi fieret, ad os defuncti escam tulit. Vltimo abiectum in Tyberim cadauer adnatans sustentare cona.

tus est. Canes soli nomina sua recognoscunt, itinerũ meminerunt. Indi coitus tempore in saltibus canes foeminas religant, ut cum his tigres coeant. quarum ex primis conceptibus ob nimiam feritatem inutiles partus iudicant. Itidem secundos, tertios educant. Aegyptij canes è Nilo nunquam nisi currentes lambitãt, dũ à crocodilis insidias cauent. Inter Anthropophagos in Asiatica parte numerantur Essedones, qui & ipsi nefandis funestantur inter se cibis. Essedonũ mos est parentum funera cantibus prosequi, & proximorum corrogatis coetibus cadauera ipsa dentibus laniare, pecudumq; carnibus mista dapes facere. Capitum etiam ossa, auro incincta in poculorum tradere ministerium. Scythotauri pro hostijs caedunt aduenas. Nomades pabula sequuntur. Georgi in Europa siti agros exercent. Asiatae perinde in Europa siti, neq; mirãtur aliena, neq; sua diligunt. Scytharchae usu auri, argentiq; damnato in aeternum se à publica auaritia abdicarunt. Scytharũ interius habitantium asperior ritus est. Specus incolunt, pocula non ut Essedones, sed de inimicorum capitibus moliuntur. amant praelia. interemptorum cruorem ex uulneribus ipsis bibunt. De numero caedium honor crescit, quarum expertem esse apud eos probrum est. haustu mutui sanguinis foedus sanciunt, non suo tantum more, sed Medorũ quoq; usurpata disciplina. Bello deniq;, qđ gestum est olympiade nona & quadragesima, anno post Ilium captum sexcentesimoquarto, inter Aduatem Lydum & Astyagem Mediae regem hoc pacto firmata sunt iura pacis. Colchorum urbẽ Dioscuriaden Amphitus,

Telchius Aurigæ Castoris, & Pollucis condiderunt, à quibus Heniochorum gens exorta est. Vltra Sauromatas in Asia sitos qui Mithridati latebram, & quẽ originem Medis dederunt, confines sunt Thalij. His nationibus, quas ab oriente contingunt Caspij maris fauces. quæ fauces mirum in modum uacuantur imbribus, crescunt æstibus. Heniochorum montes. Araxen Moschorum Phasiden fundunt. Sed Araxes breuibus interuallis ab Euphratis ortu caput tollit, ac deinde in Caspium fertur mare. Arimaspi circa Besglithron positi unocula gens est. Vltra hos & Rhiphæum iugum regio est assiduis obsessa niuibus, πτεροφόρον dicunt. Quippe casus continuarum ruinarum quiddam ibi exprimit simile pennarum. Damnata pars mundi, & à rerum natura in nubem æternæ caliginis mersa, ipsisq; prorsus aquilonibus conceptaculis rigentissima. Sola terrarum non nouit uices temporum, nec de cœlo aliud accipit quàm hyemem sempiternam. In Asiatica Scythica terræ sunt locupletes inhabitabiles. Nam cum auro, & gemmis affluant, griphes tenent uniuersa. Alites ferocissimæ, & ultra omnem rabiem sæuientes. quarum immanitate obsistente aduenis accessus difficilis, ac rarus est. Quippe uisos discerpunt, uelut geniti ad plectendam auaritiæ temeritatem. Arimaspi cum his dimicant, ut intercipiant lapides, quorum non aspernabimur persequi qualitates. Smaragdis hic locus patria est, quibus tertiam inter lapides dignitatem Theophrastus dedit. Nam licet sint & Aegyptij, & Chalcedonij, et Medij, & Laconici, præcipuus honor est Scythicis. Nihil

his iucundius, nihil utilius uident oculi, in primis ui rent ultra irrigua gramina, ultra amnicas herbas. Deinde obtutus fatigatos coloris reficiunt læuitate. Nã uisus, quos alterius gẽmæ fulgor retuderit, Smaragdi recreant, & exacuunt. Nec aliam ob causam placuit, ut non scalperentur, ne offensum decus imaginum lacunis corrumperentur, quanquam qui uerus est, difficulter uulneretur, probantur hoc pacto, si aspectus transmutatur, sed cum globosi sunt, proxima sibi inficiunt aere repercusso, aut cum concaui sunt, inspectantium facies æmulentur si neq; umbra, neq; lucernis, neq; sole mutantur. Optimos tamen sortiuntur situs, quibus planicies resupina est, & extenta. Inueniuntur Etesijs flantibus. Tũc enim detecto solo facillime internitent. Nam Etesiæ plurimum arenas mouent. Alij minus nobiles in commissuris saxorum, uel in metallis ærarijs apparent, quos Chalcosmaragdos nuncupant. Vitiosi eorum intrinsecus quasdam sordes habent, uel plumbo, uel capillamentis, uel etiam sali similes. Laudantur austero mero, sed uiridi proficiunt oleo, quamuis natura imbuantur. Et Cyanus lapis e' Scythia est optimus, si cœrulo coruscabit, cuius gnari in marem, & fœminam genus diuidunt. Fœminis nitor purus est. Mares punctulis ad gratiam interlucentibus auratis puluisculis uariat. Illic & Crystallus, quam licet pars maior Europæ, & particula Asiæ subministrent, pretiosissimum tamen Scythia edit. Multus ad pocula destinatur, nõ fert calorem præcipue quãlibet nihil aliud, q̃ frigidũ pati possit, sexangulus inuenitur. Qui eligunt purissimum

captant, ne quid rufum, ne'ue nubilum uel spumis ob situm arceat perspicuitatem. Tunc ne duritia iusto propensior obnoxium fragilitati magis faciat, putant glaciem coire, & in crystallum corporari, sed frustra. Nam si ita foret, nec Alabanda Asiæ, nec Cyprus insula hanc materiam procrearet, quibus regionibus incitatissimus calor est. Liuia Augusti ad magnitudinē CL librarum inter capitolina donaria Crystallum dedicauit.

De Hyperboreis, et Rhiphæis, Cimmerijs, & Hyrcanis, & Tigribus, Leonibus, & Pantheris.
Caput XX.

f Abula erat de Hyperboreis, & rumor irritus, si quæ illinc ad nos usque fluxerunt forent credita. Sed cum probissimi authores, & satis idonei sententias pares faciant, nullus falsum reformidet. De Hyperboreis rem loquemur. Incolunt pene Pterophoron, quē ultra Aquilonem accepimus iacere, gens beatissima, eam Asiæ magis, quàm Europæ dederunt. Alij statuunt mediam inter utrunq; solem Antipodum occidentem, & nostrum renascentem orientem. quod aspernatur ratio tam uasto mari duos orbeis interfluente. Sunt igitur in Europa, apud quos mundi cardines esse credunt, & extimos syderum ambitus, semestrem lucem auersum tantum una die solem, quanquam existant, qui putant non quotidie ibi solem, ut nobis, sed uernali æqnoctio exoriri, autumnali occidere, ita sex

mensibus infinitum diem, sex alijs continuam esse no ctem. De cœlo magnam clementiã auræ spirant salubriter, nihil noxij flatus habẽt. Domus sunt nemora, uel luci, in diem uictum arbores subministrant. Discordiã nesciunt. Aegritudine non inquietantur. Ad innocentiam omnibus æquale uotum. Mortem arcessunt, & uoluntario interitu castigant obeundi tarditatem. Quos satias tenet uitæ, epulati, delibutiq; de rupe nota præcipitem casum in mare profundum destinant, hoc sepulturæ genus optimum arbitrantur. Aiunt etiam solitos per uirgines probatissimas primitias frugum Apollini Delio missitare. Verum hæ, quoniam perfidia hospitum, non illibatæ, reuenissent deuotionis, quam peregre prosequebantur, pontificium mox intra fines suos receperunt. Altera in Asia gens est ad initium orientis æstiui, ubi deficiunt Rhiphæorum montium iuga, Hyperboreis similes, quos dicunt Rhiphæos. Et ipsi arbustorũ frondibus gaudent. Baccas edunt, iuxta uiros, ac fœminas tædet criniũ. Itaq; uterq; sexus comas tondet. Amant quietem, non amãt lædere. Sacri habentur, attrectariq; eos etiam à fero cissimis nationibus nefas ducitur. Quicunq; periculũ à suis metuit, si ad Rhiphæos transfugerit, tutus est, uelut Asylo tegatur. Ultra hos Cimmerij & gens Amazonum porrecta ad Caspium mare, quod dilapsum per Asiaticæ plagæ terga Scythicum irrumpit oceanum. Sed magnis deinde spatijs intercedentibus ostia Oxi fluminis. Hyrcani habent, gens syluis aspera, copiosa, immanibus feris, feraq; tigribus. Quod bestiarum genus insigne maculis notæ, & pernicitas memora-

bile reddiderunt, fuluo nitent. Hoc fuluum nigranti bus segmentis interundatum, uarietate apprime decet. Pedum motum nescio uelocitas, an peruicacia magis adiuuet. Nihil tam longum est, quod non breui penetrent, nihil adeo antecedit, quod non ilico assequãtur. Ac maxime potentia earum probatur cum maternis curis incitantur, cum catulorum insistunt raptoribus, succedant sibi equites licet, & astu quantolibet amoliri prædam uelint, nisi in præsidio maria fuerint, frustra est ausum omne. Notantur frequẽtissimæ siquãdo latrones suis asportatis catulis renauigantes uident, in litore irritata rabie se dare præcipites, uelut propriam tarditatem uoluntaria castigantes ruina, quanquam de fœtu uniuerso uix unus queat subtrahi. Pãtheræ quoq; numerosæ sunt in Hyrcania, minutis orbiculis superpictæ, ita ut oculatis ex fuluo circulis uel cœrulea, uel alba distiguatur tergi supellex. tradunt odore earum, & in contemplatione armenta mire affici atq; ubi eas persentiscant, properato conuenire, nec terreri nisi sola oris toruitate. Quam ob causam Pantheræ absconditis capitibus, quæ corporis reliqua sunt, spectanda præbent, ut pecuarios greges stupidos in obtutu populentur secura uastatione. Sed Hyrcani ut hominibus intentatum nihil est, frequentius eas ueneno, quàm ferro necant. Aconito carnes illinunt, atq; ita per compita spargunt semitariũ. Quæ ubi esæ sunt, fauces earum angina obsidentur. Ideo gramen παρδαλιαγχὲς appellauerunt. Sed Pantheræ aduersus hoc uirus excrementa humana deuorant, & suopte ingenio pesti resistunt. Lenta illis ui-

uacitas, adeo ut eiectis interaneis, mortem diu differant. In his syluestribus et Pardi sunt, secundum à Pantheris genus, non satis nec latius exequendi. Quorum adulterinis coitibus degenerantur, partus leænarum, & leones quidem procreantur, sed ignobiles.

De ortu mariũ internorũ. De insula Apollinitarũ De spatijs inter Scythas, & Indos. de formis hominum. de Ceruis, & Tragelaphis. Caput XXI.

Q Voniam in ponticis rebus sumus, non erit omittendum, unde * Mediterranea maria caput tollant. Existimant enĩ quidam sinus istos à Gaditano freto nasci, nec aliam esse originem, quàm inundationem irrumpentis oceani. Cuius spiritu peruagante apud aliquot Mediterranea litora, sic in Italiæ parte fieri accessus, uel recessus. Qui contrarium sentiunt, omnem illum fluorem aiunt à ponticis faucibus inundare, idq; fulciunt argumento non inani, quod æstus è ponto profluus nunquam reciprocetur. Insula Apollinitarum. LXXX. millibus passuum abest à Bosphoro Thraciæ citra Istrum sita, ex qua M. Lucullus Apollinem Capitolinum nobis extulit, ante Borysthenem Achillis insula est, cum æde sacra, quam ædẽ nulla ingreditur ales, & quæ forte aduolauerint, raptim fugam properant. Oceanum septentrionalem ex ea parte, qua à Paropamiso amne Scythicæ alluitur, Hecatæus Amalchium appellat, quod gentis illius lingua

significat congelatum mare. Philemon à Cimbris ad promontorium rubeas Morimarusam dicit uocari, hoc est mare mortuum. Vltra Rubeas quicquid est, Cronium nominant. Mare autem Caspium ex altero ponti latere ultra Massagetas Appellæos Scythas esse in Asiatica plaga dulce haustu, sicut Alexãdro Magno probatum est, Mox Pompeio Magno, qui bello Mithridatico, sicut commilito eius Varro tradit, ipsis haustibus periclitari fidem uoluit. Id euenire produnt è numero fluminum, quorum tanta copia ibi confluit, ut naturam maris uertant. Non omiserim, quod per idem tempus eidem Magno licuit ex India diebus octo à Bactris usque Icarum flumen, quod influit in Oxum amnem peruenire, deinde ad mare Caspium, deinde per Caspium ad Cyri amnis penetrare fluentem, qui Iberiæ & Armeniæ fineis interluit. Itaq; à Cyro diebus non amplius quinq; itinere terreno subuectis nauibus, ad alueum Phasidos pertendit, per cuius excursus in pontum usq; uenietes India, liquido probatum est inuehi posse. Author Xenophon Lampsacenus, à litore Scytharum in insulã Baltiã petentibus triduo nauigari eius magnitudinem immẽsam, & pene similem continenti. Nec longe Oonas superari, quas qui habitant, uiuunt ouis auium marinarum, & auenis uulgo nascentibus. Proinde alias propter constitutas æque insulas, quarum Hippopadas indigenæ humana usq; ad uestigium forma in equinos pedes desinunt. Esse insulas & Fanesiorum gentem, quorum aures adeo in effusam magnitudinem dilatentur, ut reliqua uiscerum illis contegant. Nec amiculum aliud

lum aliud

lum aliud sit, quàm ut membra membranis aurium uestiant. Ante quàm digrediamur ab Scythia, religio est non præterire quænam feræ sint peculiares Scythiæ. Cerui plurimi in hac terra. Igitur ceruos persequemur, Mares generis huiusce cum statutum tempus uenerem incitauit, sæuiunt rabie libidinis efferati, fœminæ licet prius conserantur, non concipiunt ante Arcturi sydus. Nec quàlibet partus suos educant, teneros studiose occulunt, & absconditos inter profunda fruticum, uel herbarum pedum uerbere castigant ad latendum. Cum maturuerit ad fugam robur exercitio docent cursus, & assuescunt salire per abrupta. acceptis canum latratibus secundum uentos uias dirigunt, ut odor cum ipsis recedat. Mirantur sibilum fistularum, rectis auribus acutissime audiunt, submissis uero nihil. Stupent omnia, propterea facilius obuios se præbent sagittantibus. Si maria tranant, nõ aspectu petunt litora, sed olfatu. Infirmos ponunt in ultimo, et lassorum capita clunibus per uices sustinent. E` cornibus quod dextrum fuerit, efficacius est ad medelã. Si fugare angues gestias, utrum uelis uras. Quæ ustrina præterea nidore uitium aperit, ac detegit, sicui inest morbus comitialis, pro ætate ramulos augẽt. Id incrementum in sex annos perseuerat. Deniq; numerosiora non possunt fieri cornua, possunt crassiora. Quæ quidem castratis nunquam crescunt, nec tamen decidunt. Dentes indicant senectutem, cum aut pauci inueniuntur, aut nulli. Serpentes hauriunt, & spiritu narium extrahunt de latebris cauernarum. Dictamnum ipsi prodiderunt, dum eo pasti excuti-

unt accepta tela, herbam quoq;, quā Cynaren uocant, contra noxia edunt gramina. Aduersus uenena muri ficum est hinuli coagulum occisi in matris utero, patuit eos nunquam febrescere. Quam ob causam confecta ex medullis eorum unguenta sedant calores hominum languentium. Legimus plurimos matutinis diebus ceruinam carnem degustare solitos, sine febribus longæuos fuisse. Quod demum proderit, si uno uulnere fuerint interempti. Ad dignoscendam uiuacitatem Alexāder Magnus torques plurimis ceruis innexuit qui post annum centesimum capti, nec dum senij indicium præferebant. Eadē penè specie sunt, quos Tragelaphos dicunt, sed non alibi, quàm circa Phasidem apparent tantum, quod illi uillosos habent armos, et menta promissis hirta barbis.

De Germania, De auibus Hercynijs, Bisontibus, & Vribus. De Alcibus, et insulis oceani septentrionalis, ac de Succino, lapide Callaite, & Cerauniarum generibus. Caput XXII.

m Ons Seuo ipse ingens, nec Riphæis minor collibus, initium Germaniæ facit, hunc Ingenones tenent, à quibus primus post Scythas nomen Germanicum consurgit. Diues uirorum terra, frequēs populis numerosis, & immanibus. Extenditur inter Hercynium saltum, & rupeis Sarmatarum, ubi incipit, Danubio, ubi desinit, Rheno perfunditur. De internis eius partibus Albis, Gutallus, Vistula, amnes al

tissimi præcipitantur in oceanum. Saltus Hercynius aueis gignit, quarum pennæ per obscurum emicant, & interlucent, quamuis densa nox obtegat, & denset tenebras. Vnde homines loci illius plerunq; nocturnos excursus sic destinant, ut illis utantur ad præsidium itineris dirigendi, præiactisq; per opaca callium rationem uiæ moderentur indicio plumarum refulgẽtium. In hoc tractu sanè, & in omni septentrionali plaga Bisontes frequentissimi, qui boues feris similes setosi, colla iubis horrida. Vltra tauros perniciate uigentes, capti assuescere manu nequeunt. Sunt & Vri, quos imperitũ uulgus uocat Bubalos, cum Bubali pene ad ceruinam faciem in Africa procreentur. Istis porrò, quos Vros dicimus, taurina cornua in tantum modum protenduntur, ut dempta ob insignem capacitatem inter regias mensas potuum gerula fiant. Sunt et Alces mulis comparãdæ, adeo propenso labro superiore, ut nisi recedens in posteriora uestigia pasci non queãt. Scandinauia insula è regione Germaniæ mittit aial, quales Alces, sed cuius suffragines ut Elephantis flecti nequeunt, propterea non cubat, cum dormiendum est. Tamen somnolentam arbor sustinet, quæ propè casura secatur, ut fera, dum assuetis fulcimentis innititur, faciat ruinã. Ita capitur, alioqui difficile est eam manu capi. Nam in illo rigore poplitum incomprehensibili fuga pollet. De germanicis insulis Scandinauia maxima est. Sed nihil in ea magnũ præter ipsam. Nam Glessaria dat crystallum, dat et Succinum, qa Sucinum Germani gentiliter uocant Glessum. Qualitas materiæ istius summatim antea. Ger-

manico autem Cæsare omnes Germaniæ oras scrutante comperta arbor est, pinei generis, cuius mediale autumni tempore sucino lachrymat. Succú esse arboris de nominis qualitate capessas. Pinum uero unde sit genitum, si iusseris, ipsius suci odor indicabit. pretium operæ est ire longius, ne padaneæ syluæ credantur lapidem fleuisse. Hanc speciem in Illyricum barbari intulerunt. Quæ cum per Pannonica commertia usu ad transpadanos homines foret delata, quod ibi primum nostri uiderant, ibi etiam natam putauerunt. Munere Neronis principis apparatus omnis absq; sucino inornatus est, nec difficulter cum per idem tempus XIII millia librarum Rex Germaniæ dono ei miserit. Rude primum nascitur & corticosum. Deinde incoctum adipe lactentis suis expolitur, ad quẽ uidemus nitorem. Pro facie habet nomina. Melleum dicitur, & Falernum, utrunq; de similitudine aut uini, aut utiq; mellis. In aperto est, quod rapiat folia, q̃d trahat paleas, quod uero medeatur multis uitalium incommodis, medentium docuit disciplina. Et India habet sucinum, sed Germania pluriũ, optimumq;, quoniam ad insulam Glessariam ueneramus, à sucino cœptum, ut superius dictum. Nam in Germaniæ continentibus Callais reperitur, quam gemmam Arabicas anteponunt. Vincit enim gratia Arabes. quidã dicunt eam non alibi deprehendi, quàm in nidis auium, quas μελαγκορύφους uocant. quod nullus recipit, cum apud Germaniæ populos, quamuis rara in saxis tantum appareat. Honore & pretio ad Smaragdos uiret pallidum, nihil iucundius aurum decet.

Ceraunium porrò genera diuersa sunt. Germanica candida est, splendet tamen cœrulo, et si sub dio habeas, fulgorem rapit syderum.

De Gallia, unde in uniuersum orbẽ terrarũ aditus patet. Et de oleo medico. Caput. XXIII.

Galliæ inter Rhenum, & Pyrenæum item inter Oceanum, & montes Gebennam, ac Iuram porriguntur, felices præpinguibus glebis, ac commode prouentibus fructuarijs, pleræq; consitæ uitibus, & arbustis, omnia ad usum animantium fœtu beatissima. Riguæ aquis fluminum, & fontium. Sed fontanis interdum sacris, ac uaporantibus. Infamantur ueneni periculo ritu incolarum, qui, ut aiunt (ueri enim periculum non ad me recipio) detestabili sacrorum ritu, non ad honorem, sed potius ad iniuriam religionis, humanis litant hostiis. Ex isto sinu quoquo orbis uelis exeas in Hispanias, et in Italiam terra, mariq;, in Africam mari tantum, si Thracia sit petenda, excipit ager Rheticus opimus, & ferax. Brigantino lacu nobilis. Inde Noricus frigidus & parcius fructuosus, qua subducitur à iugis alpium admodum lætus. Dehinc Pannonia uiro fortis, et solo plano læta, atq; uber, Drauo, Sauoq; inclytis amnibus circunflua. Mox Mysiæ, quas maiores nostri iure Cereris horreũ nominabant, in quarum parte quæ pontica est, apparet herba, qua inficitur oleum, quod uocant medicum. Hoc ad incendiũ excitatum si obruere aqua gestias, ardet magis, nec

alio sopitur, quàm iactu pulueris.

De Britania & lapide Satage. Caput XXIIII.

Finis erat orbis ora Gallici litoris, nisi Britania insula non qualibet amplitudine nomē penè orbis alterius mereretur. Octingentis enim & amplius millibus passuum longa porrigitur, ita ut eam in Calydonicū usq; angulum metiamur. In quo recessu Vlyssem Calydoniæ appulsum manifestat ara græcis literis inscripta uoto. Multis insulis, nec ignobilibus circundatur. quarum Iuuerna ei proximat. magnitudine inhumana est, ritu incolarum aspero. Alia ita pabulosa, ut pecuaria nisi interdum æstate à pastibus arceantur, in periculum agat satias. illic nullus anguis, auis rara, gens inhospita, & bellicosa. Sanguine interemptorum hausto, prius uictores uultus suos oblinunt. Fas, ac nefas eodem animo ducunt. puerpera siquando marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inq; os paruuli summo mucrone auspicium alimētorum leuiter infert, et gentilibus uotis optat, non aliter quàm in bello, et inter arma mortem oppetat. Qui student cultui, dentibus mari nantium belluarum insigniunt ensium capulos. Candicant enim ad eburneam claritatem. Nā præcipua uiris gloria est in armorum tutela. Apis nusquam aduectum inde puluerem, seu lapillos siquis sparserit inter aluearia examina, fauos deserunt. Mare, quod Iuuernam & Britaniam interluit, undosum & inquietum toto in an-

no, non nisi æstiuis pauculis diebus est nauigabile. Nauigant autem uimineis alueis, quos circundant ambitione tergorum bubalorum. Quantocunq; tempore cursus tenebit, nauigantes escis abstinent, freti latitudinem in centum uiginti millia passuum diffundi, qui fidem ad uerum ratiocinati sunt, æstimarunt. Siluram quoq; insulam ab ora, quam gens Britania detinet, turbidum fretum distinguit. Cuius homines ẽt nunc custodiunt morem uetustum. Nundinas, ac nummum refutant, dant res, & accipiunt. Mutationibus necessaria potius, quàm pretijs parantur, deos percolunt, scientiam futurorum pariter uiri, ac fœminæ ostentant. Athanatis insula abluitur freto gallico, à Britaniæ continente æstuario tenui seperata, frumentarijs campis felix, & gleba uberi, nec tantum sibi soli, uerum & alijs salubris locis. Nam cum ipsa nullo serpatur angue, asportata inde terra quoquo gentium inuecta sit, angues necat. Multæ & aliæ circùm Britaniam insulæ, è quibus Thule ultima, in qua æstiuo solstitio sole de Cancri sydere faciẽte trãsitum nox pene nulla. Brumali solstitio perinde nullus dies, ut ortus iunctus sit occasui. Vltra Thulem accepimus pigrum esse & concretum mare. à Calydoniæ promontorio Thulen petentibus bidui nauigatio est. Inde excipiũt Hæbudes insulæ, quinq; numero, quarũ incolæ nesciunt fruges, piscibus tantum, et lacte uiuunt. Rex unus est uniuersis. Nã quotquot sunt, omnes angusta interluuie diuiduntur. Rex nihil suum habet, omnia uniuersorũ. ad æqtatẽ certis legibus stringitur. Ac ne auaritia diuertat à uero, discit paupertate iustitiã, ut

pote cui nihil sit rei familiaris. Verum aliter è publi co, nulla illi datur fœmina propria, sed per uicissitudi nes in quancunq; commotus fuerit usurariam sumit. Vnde ei nec uotum, nec spes conceditur liberorum. Secundā à continenti stationem Orcades præbent, quæ ab Hæbudibus porro sunt septem dierum, totidemq; noctiū cursu. Numero tres * uacant homine, non habent syluas, tantum uinceis herbis inhorrescunt. Cætera earum nudæ arenæ, & rupes tenent. Ab Orcadibus Thulen usq; quinq; dierum, ac noctium nauigatio est. Sed Thule larga, & diutina Pomona copiosa est. Qui illic habitant, principio ueris inter pecudes pabulis uiuunt, deinde lacte, in hyeme conserunt arborum fructus. Vtuntur fœminis uulgo, certum matrimonium nullis. Circuitus Britaniæ quadragies octies septuaginta quinq; millia passuum sunt. In quo spatio magna & multa flumina sunt, fontes callidi opiparo exculti apparatu ad usus mortalium. Quibus fontibus præsul est Mineruæ numē, in cuius æde perpetui ignes nunquā canescunt in fauillas, sed ubi ignis tabuit, uertitur in globos saxeos. Præterea ut taceam metallorum largam, uariamq; copiam, quibus Britaniæ solum undiq; generum pollet uenis locupletibus, Gagates hic plurimus, optimusq; lapis. Si decorem requiras, nigro gemmeus, si qualitatem, nullius fere ponderis, si naturam, aqua ardet, oleo restinguitur, si potestatem, attritu calfactus applicata detinet, æque ut Sucinum. Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuras, iam inde à pueris uariæ animaliū effigies incorporantur, inscriptisq;

uisceribus hominis incremento pigmentis notae crescunt. Neq; quicquam magis patientiae loco, nationes ferè ducunt, quàm ut per memores cicatrices plurimum fuci artus bibant.

De Hispania, Gaditano freto, interno mari & oceano. Caput XXV.

y Euersus ad continentem res Hispanienses uocant. Terrarum plaga comparanda optimis. nulli posthabenda frugum copia siue soli ubere, siue uinearum prouentus respicere, siue arborarios uelis. Omni materia affluit quaecunq; aut pretio ambitiosa est, aut usu necessaria. Argentum, uel aurum si requiras, habet, ferrarijs nũquam deficit, nec cedit uitibus, uincit oleas, diuidua est prouincijs tribus. Secundo punico bello nostra facta, & nihil in ea otiosum, nihil sterile. Quicquid cuiuscunq; modi negat messem, uiget. Pabulis etiam quae arida sunt, ac sterilia rudentum materiem nauticis subministrant. Non cogunt ibi sales, sed effodiunt. depurgant in minium nitelas pulueris, fucant uellera, ut ad ruborem mirum deputent Cocci uenenum. In Lusitania promontorium est, quod Artabrũ, alij Olyssipponense dicunt. Hoc coelum terras, et maria distinguit. Hispaniae latus finit, coelum & maria hoc modo diuidit, quod à circuitu eius incipiunt oceanus gallicus, & septentrionalis oceano atlantico, & occasu terminatis. Ibi oppidum Vlyssippo ab Vlysse conditum. Ibi Tagus flumen. Tagum ob arenas auriferas

cæteris amnibus prætulerunt. In proximis, Vlyssipponis æque lasciuiunt mira fœcunditate. Nam spirante fauonio uento concipiunt, & sitientes uiros aurarũ spiritu maritantur. Iberus amnis toti Hispaniæ nomen dedit. Bætis prouinciæ uterq; nobilis. Carthaginem apud Iberos, quæ mox Colonia facta est, Pœni condiderunt. Tarraconem Scipiones, ideo caput est prouinciæ Tarraconensis. Lusitanum litus pollet gemma ceraunia plurimum, quam etiam indicis præferunt. huius cerauniæ color est è pyropo, qualitas igni probatur. Quem si sine detrimento sui perferat, aduersus uim fulgurum creditur opitulari. Cassiterides insulæ spectant aduersum Celtiberiæ latus plumbi fertiles, & tres fortunatæ, è quibus solum uocabulum signãdũ fuit, Ebusus è Balearibus, quæ à Dianio abest septingenta stadia, serpentem non habet, utpote cuius terra serpente sfuget. Colubraria, quæ Sucronem uersus est, fœta est anguibus. Bocoris regnum Baleares fuerunt, usq; ad euersionem Phrygũ, Cuniculis animalibus quondam copiosæ in capite Bæticæ ubi extremus est noti orbis terminus, insula à continenti septingentis pedibus seperatur. quam Tyrij à rubro profecti mari Erythræã, Pœni lingua sua * Gadir, idest Sepẽ nominarunt. In hac Geryonem æuum agitauisse plurimis monimentis probatur, tametsi quidã putent Herculem boues ex alia insula abduxisse, quæ Lusitaniam contuetur. Sed Gaditanum fretum à Gadibus dictum. Atlanticus æstus in nostrum mare dissidium orbis immittit. Nam ὠκεανὸς, quem græci sic nominant, à celeritate, ob occasu solis irrumpens, læuo la

tere Europam radit. Africam dextro, Scissisq; Calpe, & Abila montibus, quos dicunt columnas Herculis, inter Mauros funditur, & Hispaniam. Ac freto isti, cu ius XV. millia passuum efficit longitudo, latitudo uix septem. Quodam ostio aperit lumen interni æquoris mistum mediterraneis sinibus, quousq; orientem procellit. Horum, qui Hispanias profundit, Ibericus fertur, & Balearicus. Qui Narbonensem prouinciam, Gallicus, Mox Ligusticus, ab eo ad Siciliam Thuscus, quem græci Ionium uel Tyrrhenum, Itali inferum uocant. À Sicilia Cretam usque Siculus. Inde creticus, qui in Pamphyliam, et Aegyptium protenditur mare. Quæ aquarum moles torto in septentrionem prius latere, anfractibus magnis iuxta Græcias et Illyricum per Hellespontum in angustias stringitur Propontidos, quæ Propontis Europam, Asiamq; discriminans ad Mæotida peruenit. Causas nominum non uniformis dedit ratio. Asiaticum & Phœnicium à prouincijs dictum. ab insulis Carpathium, ægæum, Icaricum, Balearicum, Cyprium. à gentibus Ausonium, Dalmaticum, Ligusticum, Thuscum ab oppidis Adriaticum, Argolicum, Corinthium, Tyrium. à casibus hominum Myrtoon, uel Hellespontum. À memoria regis Ionium. À bouis transitu, uel angustijs, etiam meatibus boum peruijs Bosphorus. À moribus accolarum Euxinus ἄξενος ante appellatus. Ab ordine fluenti, Propontis, ægyptium pelagus Asiæ datur. Gallicum Europæ, africum Libyæ. his ut quæq; proxima sunt, uenerunt in partes partiũ, hæc in gremiis terrarum. Oras au

tem extimas oceanus amplectitur, qui à litoribus suis Arabicus, Persicus, Indicus, Eous, Sericus, Hyrcanus, Caspius, Scythicus, Germanicus, Gallicus Atlanticus, Lybicus, Aethiopicus dicitur. Cuius accessus incremēta circa litora Indiæ uehementissime proruunt, maximosq; ibi exitus faciūt, siue quod suspensus altius sustollatur ui caloris, seu quod in ea parte orbis et fontium & fluminum copia sit effusior. Dubitatur etiam nunc qbus ex causis intumescat oceanus, uel quatenus cum superfluus sibi fuerit, rursus in se residat. Nec in obscuro est, plura pro ingeniis differentiū, potius q̄ pro ueritatis fide expressa, Sed omissa ancipiti concurrētium quæstione, has opiniones probatissimas inuenimus. Physici autumant mundum animal esse, eumq; ex uarijs elementorum corporibus conglobatum, moueri spiritu, regi mente. Quæ utraq; diffusáq; per membra omnia æternæ molis uigorem exerceant. Sicut ergo in corporibus nostris commercia sunt spiritalia. Ita in profundis oceani nares quasdā mundi constitutas, per quas emissi anhelitus uel reducti modo inflent maria, modo reuocent. At ij, qui syderum sequūtur disciplinam, contendunt meatus istos commoueri Lunæ cursibus, adeo ut sic uicissitudines inter maciem aquarum, & plenitudinem respiciant, ad auctus eius, uel defectiones. Neq; eodem semper tempore, sed prout illa, aut mergitur, aut surgat, uariant se alternantes recursus.

De Libya, hortis Hesperidum, monte Atlante. Caput. XXVI.

d' E Hispania excursus in Libyam. Nã Belonæ progressus, quod Bæticæ oppidum est, ultra interiacens fretum trium & triginta millium passuũ Tigi excipit Mauritaniæ nunc colonia, & cuius primus author Anteus fuit. Porro quia in illo ambitu Aegyptium finitur pelagus, & Libycum incipit, placuit ut Africam Libyam diceremus. Quidam tamen Libyã à Libye Epaphi filia, Africam autẽ ab Afro Libys Herculis filio potius dictam receperunt. Lix quoq; colonia in eodẽ tractu constituta est, ubi Antei regia, q implicandis explicandisq; nexibus humi melius sciens, uelut genitus matre terra, ibidem ab Hercule extinctus est. Nã de hortis Hesperidum, & peruigili dracone, ne famæ licentia uulneretur fides, ratio hæc est. Flexuoso meatu æstuarium è mari fertur, adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut uisentibus procul lapsus angueos fracta uertigine mentiantur. Itaq; quot hortos appellauere circundat. Vnde pomorum custodem interpretantes, struxerunt iter ad mendacium fabulandi. Sed hæc insula sinuata finibus aluei recurrẽtis in qbusdã æquoris spiris, uel spatiis sita præter arbores oleastri similes, et aram sacrã Herculi aliud nihil præfert, quod propaget uetustatis memoriam. Verũ ultra frutices aureos, et metalla frondentia, illud magis mirum, quod solũ inferiore licet libra depressius, nunquam tamen accessus freti superlabitur, sed obstaculo naturalis repagu

li in ipsis marginibus hæret unda, & intimis orarum superaliјs sponte fluctus in gyrum resistunt. Ita spectaculo loci ingenio nimirum planicies manet sicca, quamuis prona superueniant æquora. Sala oppidũ imminet Salæ flumini, ab hoc per Autolalum gentẽ iter est in Atlanticas solitudines. Atlas mons è media arenarum consurgens uastitate, & eductus in uicini am lunaris circuli. Vltra nubila caput condit, qua ad oceanum extenditur, cui à se nomen dedit. Manat fon tibus, nemoribus inhorrescit, rupibus asperatur, squa let ieiunio, humo nuda, nec herbida. Qua Africam contra uersus est, opimus nascentibus sponte frugibus, arboribus proceris opacissimus, quarum odor grauis, comæ cupressi similes, uestiuntur lanugine, sericis uel leribus nihilo uilliore. In eo latere & herba Euphor bia copiosa, cuius succus proficit ad ocularium clarita tem, & multiplex præsidium sanitatis, nec mediocri ter percellit uim uenenorum. Vertex semper niualis. Saltus eius quadrupedes, ac serpentes feræ, & cum his elephanti occupauerunt. Silet per diem uniuersus, nec sine horrore secretus est. lucet nocturnis ignibus, choris Aegypanum undiq; personatur. Audiuntur et cantus tibiarum, & tinnitus cymbalorum. Per oram maritimam à Lixa abest quinq; & ducentis milli=bus passuum. Lix à gaditano freto centum XII mil libus habitatus ante, ut indicat loci facies. quondã cul tu exercita, in quã usq; adhuc uitis, & palmæ extãt uestigia. Apex Persico, & Herculi peruius, cæteris in accessus. ita fidẽ ararum inscriptio palàm facit. Qua spectat occasum inter ipsum, & flumen Anatim qua=

dringenta nonaginta sex millia passuum infames bestijs syluæ obsident. Amnes circa eum non tacendi. Qui licet seperentur interuallis amplioribus, transierunt tamen in quoddam Atlantici montis ministerium. A' Sana marino haustu Bambothum Hippopotamis refertum, ultráq; adhuc amnis, q atro colore exit per intimas, & exustas solitudines, quæ torrente perpetuo, & sole nimio, plus quàm ignito nunquam ab æstu uindicatur. Hæc de Atlante, quem Mauri Addirim nominant, & Hamonis punici libri, et nostri annales prodiderunt. Iuba etiam Ptolemæi filius, q utrius q; Mauritaniæ regno potitus est. Suetonius quoq; paulinus summam huic cognitioni imposuit manum, qui ultra Atlantem primus, et penè solus romana signa circuntulit.

De Mauritania, De Elephantis.
Caput XXVII.

p Rouincijs Mauritanijs Tingitana, qua solstitiali plagæ obuia est, quæq; porrigitur ad internum mare, exurgit montibus septem, qui à similitudine fratres appellati freto imminent. Hi montes elephantis frequentissimi sunt. Monet à principio hoc animantium genus dicere. Igitur elephanti iuxta sensum humanum intellectum habent, memoria pollent, syderum seruant disciplinã. luna nitescẽte gregatim amneis petũt, mox aspersi liquore, solis exortũ motibus, qbus pñt sa

lutant. Deinde in saltus reuertuntur. Duo eorum genera sunt. Nobiliores indicat magnitudo, minores nothos dicunt. Candore dentium intelligitur iuuenta. Quorum alter semper in ministerio est, alteri parcitur, ne hebetatus assiduo repercussu minus uigeat si fuerit dimicandum, cum uenatu premuntur, pariter confligunt, ut ebore damnato non requirantur. Hanc enim sibi causam inesse periculi præsentiũt. Oberrãt agminatim. Natu maximus ducit agmen, ætate proximus cogit frequenteis. Flumen transituri minimos ante mittunt, ne maiorum ingressu alueum atterant, & profundos depressis uadis gurgites faciant. Venerem ante annos decem fœminæ, ante quinque mares nesciunt. Biẽnio coeunt. Quinis, nec amplius, in anno diebus. Non prius ad gregarium numerum reuersuri, quàm uiuis aquis abluantur. propter fœminas nunquã dimicant. nulla enim nouerunt adulteria. Inest illis clementiæ bonum. Quippe si per deserta uagabundum hominem forte uiderint, ductus usq; ad notas uias præbent, uel si confertis pecoribus occursitent. Itinera sibi blanda, & placida manu faciunt, nequod obuiũ animal interimant. At conflictu fortuito siquando pugnatur, non mediocrem habent curã sauciorum. Nã fessos, uulneratosq; in medium receptant. Cum captiuitate uenerint in manus hominũ, mansuescunt hausto ordei succo. Maria transmeaturi, naueis non prius subeunt, quàm de reditu illis sacramentum luatur. Indicos elephantes Mauritani timent, & quasi paruitatis suæ conscij aspernantur ab his uideri. Non annis decem, ut uulgus, sed biennio, ut Aristoteles definit,

utero

utero grauescunt, nec amplius, quàm semel gignũt,
nec plureis, quàm singulos. uiuunt in annos trecen-
tos. impatientissimi frigoris. truncos edunt. lapides
hauriunt. gratissimas in cibatu palmas habent. Odo
rem muris uel maxime fugiunt. Pabula etiam quæ à
musculis contacta sunt, recusant. Siquis casu Chamæ
leontem deuorauerit, uermẽ elephantis ueneficum,
quia uermis ille ueneficus etiam Elephantis oleastro
sumpto pesti medetur. Durissimum dorso tergus est.
uentri mollius. Setarum hirsutiæ nullæ. Inter hos et
dracones iugis discordia. Deniq; insidiæ hoc astu præ
parantur, serpentes propter semitas delitescunt, ꝑ quas
elephanti assuetis callibus euagantur, atq; ut præter=
missis prioribus postremo adoriuntur, ne qui antecesse
rint, ualeant ultimis opitulari. Ac primum pedes no
dis illigant, ut laqueatis cruribus impediant gradiẽ
di facultatem. Nam elephanti nisi peruenti hac spira
rum mora uel arboribus se, uel saxis applicant, ut
pondere nitibundo attritos necent angues. Dimicatio-
nis præcipua causa est, quod elephantis, ut aiunt, fri
gidior inest sanguis. & ob id à draconibus auidissi-
mo torrente captantur æstu. Deniq; nunquam inua-
dunt nisi potu grauatos, ut uenis propensius irrigatis
maiorẽ sumant de oppressis satietatem. Nec aliud ma
gis quàm oculos petunt, quos solos expugnabileis sci=
unt. Vel interiora aurium, quia is tantum locus defen
di non potest proboscide. Itaq; cum ebiberint sangui-
nem, dũ ruunt belluæ, dracones obruũtur. Sic utrinq;
fusus cruor terram imbuit, fitq; pigmentum quicquid
soli tinxerit, quod cinnabarim uocant. Elephãtes ita Cinnabari

lia anno urbis conditæ quadragesimo septuagesimo secundo, in Lucanis primum bello epirotico uidit, & Boues lucas inde dixit. Cæsariensi Coloniæ cæsaria inest à D. Claudio deducta. Bocchi prius regia, postmodum Iubæ indulgentia populi Romani dono data. Inest & oppidum Siga, quod habitaculum Siphaci fuit. Nec ab Ichnosio taciti recedamus. Hercule eni illac transeũte uiginti, q à comitatu eius desciuerãt, locum deligunt. Iaciunt mœnia. Ac nequis imposito à se nomine priuatim gloriaretur, de condentium numero urbi nomen datum.

De Numidia, et in ea de Vrsis. Cap. XXVIII.

q Vod est à flumine Absanga Numidiæ datur. huius incolæ quandiu errarunt pabulationibus uagabundis, Nomades dicti sunt, Vrbes in ea quãplurimæ nobilesq; sed circa eminent. Dein Cullu purpurario fuco tyrijs uelleribus cõparata. Omnis hæc regio finibus in Zeugitanum limitem desinit. Qua parte syluestris est, feras educat, quæ iugis ardua equos alit. eximio etiã marmore prædicatur. Numidici ursi forma cæteris præstant, rabie dũtaxat, & uillis profundioribus. Nã genitura par est quoquo loco editis eam protinus dixero. Coeũt nõ itidẽ quo quadrupedes aliæ, sed apti ãplexibus mutuis, uelut humanis coniugationibus copulantur. Desyderium ueneris hyems suscitat, secreti honore reuerentur mares grauidas, & in ijsdem licet foueis, partitis tamen per scrobers secubationibus diui

duntur. Lucanæ illis properatius tempus est. quippe uterum trigesimus dies liberat, unde euenit, ut præcipitata fœcunditas, iformeis creet partus. Carnes paucillulas edunt, quibus color candidus, oculi nulli, & de festina immaturitate tantum rudis sanies exceptis unguium liniamentis. has lambendo sensim figurãt, & interdum ad pectoras fouent, ut assiduo incubatu calfactæ animalem trahant spiritum. Interea cibus nullus. Sane diebus primus XIIII. matres in somnum ita concidunt, ut nec uulneribus excitari queant. Enixæ quaternis latent mensibus. Mox egressæ in diem liberum tantam patiuntur insolentiam lucis, ut putes obsitas cæcitate. Inualidum ursis caput, uis maxima in brachiis, & lumbis, unde interdum posticis pedibus insistunt. Insidiantur aluearibus apũ. maxime fauos appetunt, nec auidius aliud quàm mella captant. Cum gustauere mandragoræ mala moriuntur. Sed eunt obuiam, ne malum in perniciem conualescat, & formicas deuorant ad recuperandam sanitatem. Siquando tauros adoriuntur, sciunt quibus potissimum partibus immorentur. nec aliud quàm cornua, aut nares petunt. cornua ut pondere defatigentur, nares ut acrior dolor sit in loco teneriore. M. Messala COS. L. Domitius Aenobarbus curulis ædilis ursos numidicos centum & totidem æthiopas uenatores in circo romano edidit. Idq; spectaculum inter memorabileis titulos annotatur.

De Africa, & de omnibus in ea memoria dignis. Caput. XXIX.

OMnis Africa à Zeugitano pede incipit, promontorio Apollinis, Sardiniae contro uersa promontorio Mercurij, procedens in frontem sicanam, proinde extenta in duas prominentias. Quarum altera promontorium candidū dicitur, altera, quae est in cyrenaica regione, Phicontem uocant, ea per sinū creticum opposita Cretae insulae, contra Taenarum Laconiae excurrit arenis. Catabathmos Aegypto insinuata, cui proximi Cyrenēses. extenditur inter duas syrtes, quas iacens sas uadosum, ac reciprocum mare efficit, cuius sali defectus, uel incrementa haud promptum est deprehendere. Ita incertis motibus nunc in breuia rescindit dorsuosa, nunc aestibus inundatur inquietis, ut Varro author est, per flabilem ibi terram uentis penetrātibus, subitam uim spiritus citissimus aut reuocare maria, aut resorbere. Omnis haec plaga ab Aethiopa, et terminis Asiae, Nigri flumine, qui Nilum parit ab Hispania freto scinditur, latere, quo ad meridiem uergit, fontium inops, & infamis siti, altrinsecus quam septentrionem patitur, aquarum larga in agro Byzaceno patet, passuū ducentis uel amplius millibus glebis ita praepinguibus, ut iacta ibi semina cum incremento centesimae frugis renascantur. Externos in ea plurimos conuenisse argumentum de urbibus, & locis dabimus. Borion promontorium, qđ Aquilone caeditur, graeci aduenae sic uocauerunt, Hipponem Re-

gium postea dictum. Item Hipponem alterum de in terfluente freto Diarrhyton nuncupatum. Nobilissima oppida equites graeci condiderunt. Clypeam ciuitatem Siculi extruunt, & Aspida primum nominãt, Veneriã etiam, in qua Veneris Erycinae religiones transtulerunt. Achaei Tripolin lingua sua signant de trium urbium numero Taphrae, Abrotani, Leptis magnae. Philenis fratibus à laudis cupidine graium uocamẽ datum. Adrymeto, atq; Carthagini author est à Tyro populus. Sed quae sup Carthagine ueraces libri prodiderunt, hoc loco reddam. Vrbem istam, ut Cato in oratione senatoria autumat, cum rex Hiarbas rerũ in Libya potiretur, Elissa mulier extruxit domo Phoenix, & Carthadam dixit, quod punico ore exprimit nouam ciuitatem. Mox sermone uerso in uerbum punicum, & haec Elissa, & alia Carthago dicta est. Quae post annos septingentostrigintaseptem excidi-tur, quàm fuerat extructa. Deinde à C. Graccho colonis italicis data, & Iunonia ab eo dicta. Aliquantisper ignobilis humili, & languido statu. Demum in claritate secundae Carthaginis interiectis centum & duobus annis, M. Antonio, P. Dolabella COSS. enituit, alterum post urbem Romam terrarum decus. Verum, ut ad Africam redeam, ipsa suo cingitur angulo. Interna eius plurimae quidem bestiae, sed principaliter Leones tenent. Qui, ut Aristoteles perhibet, soli ex eo genere, quod dentatum uocant, uident, protinus atq; nascuntur. Quorum trifariam genus scinditur. Nam breuiores, & iubis crispi plerunq; ignaui sunt, & imbelles. Longiores & coma simplici acres

magis, ac potentes. At ij, quos creant Pardi, in plebe remanent, iubarum inopes, pariter omnes parcunt à sagina. Primum quod alternis diebus potum, alternis cibum capiunt, ac frequenter si concoctio non est insecuta, solitæ cibationi superponunt diem. Tum quod carnes iusto amplius deuoratas cum grauant, insertis in ora unguibus sponte protrahunt. Sanè & cum fugiendum est, in satietate idem faciunt. Senectam defectio probat dentium. Nam clementiæ indicia multa sunt, Prostratis parcunt. In uiros potius, quàm in foeminas sæuiunt. Infantes non nisi in magna fame perimunt. Nec à misericordia seperantur. Assiduis deniq; exemplis patet eos pepercisse, cum multi captiuorum aliquot Leonibus obuij intacti repatriauerint. Gætulæ etiam mulieris nomen Iubæ libris comprehensum est, quæ obtestata occursantes feras impunis redijt. Auersi coeunt, nec hi tantum, sed et Lynces, et Cameli, et Elephāti, et Rhinocerotes, et Tigrides. Leænæ foetu primo catulos qnq; edunt, deinde per singulos partus, numerū decoquunt annis insequētibus. Sed postremo cum ad unū materna foecunditas recidit, ut ultimo singulos procreent, steriles fiunt in æternum. Animos Leonum frons, & cauda indicant, sicut motus equini de auribus intelliguntur. Dedit enim has duas notas generosissimo cuiq; natura. Vis summa in pectore est, firmitas in capite præcipua. Cum premuntur à canibus contemptim recedunt, subsistentesq; interdum ancipiti recessu dissimulant timorem, idq; agunt, si in campis patentibus, ac nudis urgeantur. Nam syluestribus locis quasi testem ignauiæ non re-

formidantes, quanta possunt se fuga subtrahunt. Cũ insequuntur, nisum saltu adiuuant. Cum fugiunt, nõ ualent salire. Gradientes mucrones unguium uaginis corporum claudunt, ne cacumina attritu tundantur. Hoc adeo custodiunt, ut non nisi auersis faculis currant. Septi a uenantibus obtutu terram contuentur, quo minus conspectis uenabulis terrantur. Nunquam limo uident, minimeq; se uolunt aspici. Cantus Gallinaceorum, et rotarum timent strepitus. Sed ignẽ magis. Leontophonas accepimus uocari bestias modicas, quæ captæ exuruntur, ut earum cineris aspergine carnes pollutæ, iactæq; per compita concurrentium semitarum Leones necent, si quantulũcunq; ex illis sumpserint. Propterea leones naturali eas premunt odio, atque ubi facultas data est, morsu quidem abstinent, sed dilaniatas exanimant pedum nisibus. Spectaculũ ex his Romæ primus edidit Scæuola P. filius in curuli ædilitate. Hyænam quoq; mittit Africa, cui cum spina riget, collũ continua unitate flecti nequit, nisi toto corpore circũacto. Multa de ea mira. Primũ quod seqtur stabula pastorũ, et auditu assiduo addiscit uocamẽ, qđ exprimere possit imitatiõe uocis humanæ, ut in hominẽ astu accitum noctu sæuiat. Vomitus quoq; mẽtitur humanos, falsisq; singultibus sollicitos sic canes deuorat. Qui forte si uenãtes umbrã eius dũ insequuntur, contigerint, latrare nequeũt uoce perdita. Eadẽ Hyæna inqsitione corporũ sepultorũ busta eruit. propterea promptius est marẽ capere. Fœminis enĩ ingenita est calidior astutia. Varietas multiplex ĩest oculis, colorũq; mutatio. In quorũ pupillis la

pis inuenitur. Hyænium dicunt, præditum illa potesta te, ut cuius hominis fuerit linguæ subditus prædicat futura. Verum Hyæna quodcunq; animal ter lustra uerit, mouere se non potest. Quapropter magicam sci entiam inesse ei pronuntiauerunt. In Aethiopiæ par te coit cum leæna, unde nascitur monstrum, cui Cro= cutæ nomen est. Voces hominum & ipsa pariter affe ctat. Nunquam conniuet aciem orbium, sed in obtu- tum sine nictatione contendit. In ore gingiua nulla, dens unus, atq; perpetuus, qui ut nunquam retunda- tur, naturaliter capsularũ modo clauditur. Inter ea, quæ dicunt herbatica, eadem Africa onagros ha- bet, in quo genere singuli imperitant gregibus fœmi narum. æmulos libidinis metuunt. inde est, quod gra uidas suas seruant, ut in editis maribus, siqua facul= tas fuerit, generandi spem morsu detruncent. Quod cauentes fœminæ in secessibus partum occulunt.

Africa serpentibus adeo fœcunda est, ut mali hu ius merito illi potissimum palma detur. Cerastæ præ- ferunt quadrigemina cornicula, quorum ostentatione ueluti esca illice solicitatas aueis perimunt. Nam re= liqua corporis de industria arenis tegunt. nec ullum indicium sui præbent, nisi ex ea parte, qua inuitatis dolo pastibus necem perpetuam aucupentur. Amphi- sbæna consurgit in caput geminum, quorum alterum in loco suo est, alterum in ea parte, qua cauda. Quæ causa efficit, ut capite uterq; sexus nitibundo serpat tra ctibus orbiculatis. Iaculi arbores subeunt, è quibus ui maxima turbinati, penetrant animal quodcunq; obuiam fortuna fecerit. Scytale tanta præfulget terg

uarietate, ut notarum gratia uidenteis retardet, & quoniam reptando pigrior est, quos assequi nequit, miraculo sui capiat stupenteis. In hoc tamen squamarum nitore, hyemales exuuias prima ponit. Plures, diuersæq; aspidum species, uerum disparis effectus ad nocendum. Dipsas siti interficit. * Hypnale somno necat, teste etiam Cleopatra, emitur ad mortem. Aliarum uirus, quoniam medelas admittit, minus famæ meretur. Hæmorrhois morsu sanguinem elicit, & dissolutis uenarum commertijs, quicquid animæ est, euocat per cruorem. * Prester quem percusserit distenditur, enormíq; corpulētia necatur extuberatus. Ictus Sepium statim putredo sequitur. Sunt & Hammoditæ, est et Cenchris, Elephantiæ. Chersydri, Chamæ, Dracontes. postremo quantus nominum, tantus mortium numerus. Nam Scorpiones, scythici, lacertiq; uerminibus, non serpentibus ascribuntur. Monstra hæc sibilant, clementius feriunt, habent affectus, non temere nisi coniuges euagantur. Capto altero, uel occiso uter superfuerit, efferatur. Subtiliora sunt capita fœminis. Alui tumidiores, pestis nocentior. Masculus æqualiter teres est. sublimior etiam, mitiorq;. Igitur anguibus uniuersis hebes uisus est. Raro in aduersum contuentur. nec frustra, cum oculos non in fronte habeāt, sed in temporibus, adeo, ut citius audiant quàm qđ aspiciant. De gemma heliotropio inter Aethiopiam, Africam, Cyprum certamen fuit, quænam mitteret generis huius eminentissimam, deprehensumq; est documentis plurimis Aethiopicam, aut Libycam palmam tenere. Viridi colore est, non ita acuto, sed nubilo ma

gis, & represso stellis puniceis superspersa. Causa nominis de lapidis est effectu, & potestate deiecta in labris æneis radios solis mutat, sanguineo repercussu septa, extraq; aquam splendorẽ aëris abijcit, & auertit. Etiam illud posse dicitur, ut herbæ eiusdem nominis mista, & præcantationibus legitimus consecrata, eum à quocunq; gestabitur, subtrahat uisibus obuiorum. Inter Syrteis quamuis terra pergentibus iter sy deribus destinatur, nec aliter cursus patescit. Nam putris soli faciem aura mutat, et minimo licet uento tantam diuersitatem flatus efficit, ut subinde peruersis, Syrtibus locorum nulla indicia agnitioni relinquantur, cum, modo quæ fuerant tumulis ardua, in ualleis residunt, modo quæ uallibus pressa, congestu pulueris aggerantur. Ita etiam continens maris naturam ui patitur, nec interest ubi potius sint procellæ, cum ad exitium uiantium elementis congruentibus in terris flabra sæuiant, in mari terræ. Vtræq; Syrtes ducentis quinquaginta millibus passuum seperantur, aliquando clementior, quæ minor est. Cn. deniq; Seruilio, C. Sempronio COSS. inter hæc uadosa romanã classem impune accepimus perfretasse. In hoc sinu Meninx insula post Mynturnenses paludes C. Mario fuit latebra. Supra Garamantas Psylli fuerunt contra noxium uirus muniti incredibili corporis firmitate. Soli morsibus anguium non interibant, & quamuis dente letali appetiti, incorrupta durabant sanitate. Recẽs etiam editos serpentibus offerebant. Si essent partus adulterini matrum crimina plectebantur interitu paruulorum. Si pudici, probos ortus à morte paterni san

guinis priuilegium tuebatur. Sic originis fidem probabant ueneris iudicantibus. Sed hæc gens interijt à Nasamonibus capta. Neq; quicquam aliud præter opinionem de uestigio nominis sui Psylli reliquerunt. Nasamoniten lapidem Nasamones dant sanguineum uniuersum nigris uenulis adumbratum. In intimo recessu Syrtis maioris circa Philenorum aras Lotophagos fuisse didicimus. Nec incertum est. a Philenorum aris non procul palus est, quam Triton amnis influit. Vbi speculatam se artium deam crediderunt. Maior Syrtis ostentat oppidum, Cyrenas uocant, quod Bathus Lacedæmonius olympiade quinta & quadragesima Rege Martio res romanas tenēte, anno post Troiam captam quingentesimooctogesimosexto condidit. Quæ domus Callimachi poetæ fuit patria. Inter hoc oppidum & templum Hāmonis millia passuum trecenta sunt, templo fons proximat soli sacer. Qui humoris nexibus humum stringit, fauillam etiam in caespitem solidat. In qua gleba non sine miraculo lucus uiret undique secus agris arentibus, illic & lapis legitur, Hammonis uocant cornu. Nam ita tortuosus est, & inflexus, ut effigiem reddat cornu Arietini. Fulgore aureo est. Prædiuina somnia repræsentare dicitur subiectus capiti incubantium. Et arbor est Melopos nomine, ex qua profluit lentus humor, quem à loco Hammoniacum nominauimus. Apud Cyrenenses præterea Syrpe gignitur odoratis radicibus, uirgulto herbido magis, quàm arbusto. Cuius è culmo exudat æstatis tempore pingue roscidum, idq; pascentium Hircorum inhæret

barbulis. Vbi cum arefactum inoleuit guttis styriacis legitur ad usum mensarum, uel medelæ magis. Dictum est primum lac Syrpicum, quoniam manat in modum lacteum, deinde usu deriuante Laser nominatum. Quæ germina initio barbaricæ impressionis uastatis agris, postea ob intolerandam uectigalis nimietatem, ferme penitus ipsi accolæ eruerunt. Cyrenis ab læua Africa est, ab dextra Aegyptus, à fronte sæuum, & importuosum mare, à tergo Barbarorum uariæ nationes, & solitudo inaccessa, incultaq;, & squalens, quæ Basiliscum creat malum in terris singulare. Serpens est penè ad semipedem longitudinis, alba quasi mitrula, lineatus caput, nec hominum tantum, uel aliorum animantium exitus datur, sed terræ quoq; ipsius, quam polluit, & exurit, et ubicunq; ferale sortitus receptaculum. Deniq; extinguit herbas, necat arbores ipsas, etiam corrumpit auras, ita ut in aëra nulla alitum impune transuolet, infecta spiritu pestilenti. Cum mouetur, media corporis parte serpit, media arduus est, et excelsus. Sibilum eius etiã serpentes alij perhorrescunt. Et cum acceperint fugam, quæq; quoquo possunt properant. Quicquid morsu eius occiditur, non depascitur fera, non attrectat ales. Mustelis tantum uincitur, quas illinc homines inferunt cauernis, in quibus delitescit. Vis tamẽ ne defuncto quidem deest. Deniq; Basilisci reliquias amplo sestertio Pergameni compararunt et, ut ædem Apollinis manu insignem, nec araneæ intexerent, nec alites inuolarent, cadauer eius reticulo aureo suspensum ibidem locarunt. Circa exitum Syrtium illarũ.

Berenicen ciuitatem alluit Lethon amnis, inferna, ut putant, inundatione prorumpens, & apud priſtinos uates laticæ memoratus obliuionis. Hãc Berenice muniuit, quæ Ptolemæo tertio fuit nupta, & in maiori Syrti locauit. Omne autem latifundium, quod inter Aegyptum, Aethiopiam, Libyamq́; diffunditur, quacunq; lucis opacum eſt, uarium impleuit Simiarum genus. Nec quiſquam offenſus nominis cognitione grauetur. Enimuero operæpretium eſt nihil omittere, in quo naturæ ſpectanda ſit prouidentia. Plebs Simiarum in iis eſt, quas paſſim uidemus non ſine ingenio æmulandi, quo facilius in manus ueniunt. Nã dũ auide uenantiũ geſtus affectant, relicta conſulto uiſci unguilla, quod mẽdacio factum uident, oculos ſuos oblinunt. Ita uiſu obducto, pronũ eſt eas corripi. Exultant noua luna, triſtes ſunt cornuto, & cano ſydere. Immoderate fœtus amant, adeo ut catulos facilius amittant, quos impẽdio diligunt, et ante ſe geſtant, quoniam neglecti penes matrem ſemper hærent. Cercopithecа caudas habent. hæc diſcretio eſt inter prius dictas. Cynocephali & ipſi ſunt è numero Simiarum in Aethiopiæ partibus frequentiſſimi. Violenti ad ſaltum, feri morſu, nunquam ita manſueti, ut non ſint magis rabidi. Inter Simias habentur & Sphinges uillosæ comis, mammis prominulis, ac profundis, dociles ad feritatis obliuionem. Sunt & quas uocant ſatyros, facie admodum grata, geſticulatis motibus inquietæ. Callitriches toto pene aſpectu a cæteris differunt, in facie barba eſt, lata cauda. Has capere non eſt arduum. ſed proferre rarum. Neq; enim uiuunt in alte-

ro, quàm in Aethiopico, hoc est suo cœlo.

De Nasamonibus Caput XXX.

i Nter Nasamonas & Troglodytas gens Amantum est, quæ salibus domos extruunt, quos in modum cautiũ è montibus excitatas ad usum ædium cœmẽticijs nectunt struibus. Tanta ibi huiusce uenæ copia est, ut tecta faciant è salinis. Hi sunt Amantes, qui commertia cum Troglodytis habent. Carbunculi gemmæ citra Amantes, propiores Nasamonibus Hasbystræ laser e uiuunt, hoc aluntur, hoc illis dulce est.

De Garamantibus, Caput XXXI.

g Aramantum oppidũ est Debris fonte miro, qui denuq; alternis uicibus die frigeat, nocte ferueat, ac per eadem uenarum commertia interdũ ignito uapore æstuet, interdum glaciali horrore algescat, incredibile memoratu, ut tam breui tẽporis curriculo, natura tam dissonam sui faciat uarietatem. Idq; qui pcontari uelit, tenebris inesse fluori illi æternam faciem credat. Qui timetur die brumaleis scatebras, nunquam aliud existimet quàm perpetuo rigere. Vnde non immerito per gentes Debris inclyta est. Cuius aquæ & cœlesti uertigine mutant qualitatem controuersa syderum disciplina. Nã cum mundum à calore uesper temperet, ab occasu incipit ita incalescere, ut ni tactu abstineas,

noxiũ sit contigisse. Rursus cum ortus solis incandue rit, & radijs feruefacta sint omnia, sic glaciales euo mit scaturigines, ut hauriri etiam à sitientibus non queat. Quis ergo non stupeat fontem, qui friget calo re, calet frigore? Garamanticæ regionis caput Gara-mana est, ad quam interdiu inextricabile fuit, & ni mium. Nam latrones puteos arenis operiebant, ut tē porali fraude subductis aquis in fame, et siti iter sub-moueret accessus uiantium. Sed Vespasiano principe bello, quod cum Oeensibus gestum est, difficultas hæc interijt compendio spatij breuioris reperto. Garaman tas Cornelius Balbus subegit, & primus ex hac uicto ria triumphauit, primus sanè de externis, utpote qui Gadibus genitus accessit ad gloriam nominis trium-phalis. Armenta gentis istius obliquis ceruicibus pa-bulantur. Nam si recta ad pastum ora dirigant, offi-ciunt. Prona in humum cornua & obnixa. Ex parte, qua Cercina est, accepimus Gaulon insulam, in qua serpens neq; nascitur, neq; uiuit inuecta. Propterea ia ctus ex ea quocunq; gentium puluis arcet angues. Scorpiones superiactus ilico perimit.

De Aethiopibus & mirabilibus in ea.
Caput XXXII.

Ethiopes, & Atlanticæ gentes Nigri flu mine diuiduntur, quam partem putant Nili. Sic papyro uiret, sic calamo præte-xitur. Animalia eadem est, ijsdē tempori bus exundat. intra ripas tunc quoq; redit, cum con-

tentus est alueo suo Nilus. Garamantici Aethiopes matrimonia priuatim nesciunt, sed omnibus uulgo in uenerē licet. Inde est, quod filios matres tantum recognoscant. Nā paterni nominis nulla reuerentia est. Quis enim uerum patrem nouerit in hac luxuria incesti lasciuientis? Ea propter Garamantici Aethiopes inter omneis populos degeneres habentur. Nec immerito, quia afflicta castitatis disciplina successionis notitiam ritu improbo perdiderunt. Nomen Aethiopum late patet in parte Africana. Quam à Meroe diuidit Libya, plurimae eorum sunt, & uariae nationes. Harū è numero Nomades * Cynocephalorum lacte uiuunt. Syrbotae lōgi sunt ad pedes duodecim. Asachaei captos uenatibus elephātos deuorant. Apud Sābros nulla est aurita quadrupes, nec Elephāti qdē his proximi, summam regiae potestatis eā tradunt, de quorū moribus quidam imperite augurantur. Maritimos Aethiopas quaternos oculos dicunt habere. Sed fides alia est. Illi denique quod & uident plurimum, et manifestissime destinant iactus sagittarum. Occidentem uersus Agriophagi tenent, qui solas pantherarum & leonum carnes edunt. rege praediti. cuius in fronte oculus unus est. Sunt & Pamphagi, quibus esca est quicquid mandi potest, & omnia fortuito gignentia. Sunt Anthropophagi, quorū mores uocamen sonat. Cinnamolgos aiūt habere caninos rictus, & prominula ora. Arthabathitae proni, atque quadrupedes nec secus, ac ferae sine sedibus euagantur. Confines Mauritaniae certo tempore locustas terrestreis legunt, duratasque salsugine in praesidium uitae solas habent. Sed ex illis quadragesimum

aeui annum

æui annum nullus supergreditur. Ab oceani æstu ad Meroën, quam insulã amplexu primo Nilus facit, millia passuum sexcentatriginta sunt. Vltra Meroën super exortum solis Macrobij Aethiopes uocantur. Dimmdio enim eorum protensior est, quàm nostra uita. Hi Macrobij iustitiam colunt, amant æquitatem, plurimũ ualent robore, præcipua decent, pulcritudine ornantur, ære, auro uincula faciunt. Noxiorum locus apud eos est Heliotrapeza opiparis epulis semper refertus, quibus indiscrete omnes uescuntur. Nam etiam diuinitus eas augeri ferunt. Est etiam ibi lacus, quo perfusa corpora uelut oleo nitescunt. Ex hoc lacu potus saluberrimus sanè adeo liquidus est, ut ne caducas q= dem uehat frondes, sed ilico folia lapsa ad fundum dimittat latices tenuitate. Vltra hos desertæ, inhumanæq; solitudines ad usq; arabicos sinus. Deinde in ultimis orientis monstrosæ gentium facies. Aliæ sine naribus æquali totius oris planitie informes habent uultus. Alijs concreta ora sunt, modicoq; tantum foramine calamis auenarum pastus hauriunt. Nonnullæ linguis carent, inuicem sermonis utentes nutibus, motibus'q;. Quædã ex istis nationibus ante Ptolemæum Lathyrum Regem Aegypti incognitum habuerunt ignis usum. Aethiopia omnis ab oriente hyberno ad occidentem hybernum tenet. Quicquid eius est sub meridiano cardine lucis nitet. Qui maxime uirent hyeme. A' meridiana parte mons editus mari imminet, ingenuo igni per æternum feruidus, & inquietus iugis flagrantibus. Inter quæ incendia iugis æstus, draconum magna copia est. Porrò ueris draconibus ora

parua, & ad morsus non dehiscentia, sed arctæ fistu læ, per quas & trahunt spiritus, & linguas exerũt. Quippe non in dentibus uim, sed in caudis habent, & uerbere potius, quàm rictu nocent. Exciditur è cerebris dracontias lapis, sed lapis non est, nisi detra hatur uiuentibus. Nam si obeat prius serpẽs, cum ani ma simul euanescit durities soluta. Vsu eius orientis reges præcipue gloriantur, quanquam nullum leno-cinium artis admittat, soliditate, & quicquid in eo nobile est, non manus faciunt, nec alterius quàm na turæ candor sit, quo reluceat. Author Sotacus gemmã hanc etiam sibi uisam scribit, & quibus intercipia-tur modis, edocet. Præstantissimi audacia uiri explo-rant anguium foueas & receptus, inde præstolati ad pastum exeuntes, præteruectiq; percitis cursibus obij-ciunt germina medicata, quantum potest ad incitan-dum soporem. Ita somno obsitis è capitibus execant lapides, & de manu præcipitis ausi prædam reue-hunt temeritatis. Quæ locorum Aethiopes tenent, fe-ris plena sunt, è quibus quã Nabin uocant, nos Ca melopardalim dicimus, collo equi similẽ, pedibus bubu lis, capite camelino, nitore rutilo, candidis maculis su-pspersa. hoc animal Romæ Circensibus dictatoris Cæ saris primum publicatum. Iisdem fermè temporibus illinc exhibita monstra sunt. Cephos appellant, quo-rum posteriores pedes crure, & uestigio humanos ar tus mentiuntur, priores pèrinde hominum manus re-ferunt, quæ tamen è nostris non amplius quàm se-mel uisa sunt. Ante ludos Cn. Pompeij Rhinocerota romana spectacula nesciebant. Cui bestiæ color buxe

us, in naribus cornu unicum, & repandum. Quod subinde attritum cautibus in mucronem excitat, eoq; aduersus elephantos præliatur. Par ipsis prope lon- gitudine, breuior cruribus naturali telo aluum petẽs, solam intelligit ictibus suis peruiam. Iuxta Nigrin fluuium Catoblepa nascitur modica, atq; iners bestia. Caput prægraue, ægre ferens, aspectu pestilenti. Nã qui in oculis eius offenderint, protinus uita exeunt. Formicæ ibi ad formam canis maximi, arenas au- reas pedibus eruunt, quos leoninos habent. quas cu- stodiunt, nequis auferat, captantesq; ad necem perse- quuntur. Eadem Aethiopia mittit Lycaonem lupum, ceruice iubatum, & tot modis uarium, ut nullum il- li colorem dicant abesse. * Mittit & Tarandum bo um magnitudine, bisulco uestigio, ramosis cornibus, ca pite ceruino, Vrsino colore, & pariter uillo profun- do. Hunc Tarandum affirmant habitum metu uerte- re, & cum delitescat, fieri ad similitudinem cuicunq; rei proximauerit, siue illa saxo alba sit, seu fruteto ui rens, siue quam aliam præferat qualitatem. Faciunt hoc idem in mare Polypi, in terra chamæleontes. Sed & polypus & chamæleon glabra sunt, et pronius est cutis leuitate, speculi modo proximantia æmulari. In hoc nouum est, & singulare hirsutia pili colorum uices facere. Hic euenit ut difficulter capi possit. Aethio picas lupis proprium est, quod in saliendo ita nisus ha bent alitis, ut non magis proficiant cursu, quàm mea tu, homines tamen nunquam impetunt. Bruma coma ti sunt, æstate nudi. Thoas uocant. Hystris quoq; inde loca frequentissima. Drinaceis similis, spinis tergum hi

ſpida, Quas plerunq; laxatas iaculatione emittit uo luntaria, ut aſſiduis aculeorum nimbis canes uulne ret ingruenteis, illius cœli ales eſt Pegaſus. Sed hæc ales equinũ nihil præter aureis habet. Tragopa quoq; auis maior Aquilis cornibus arietinis præferens arma tum caput. Aethiopes legũt cinnamũ. Id frutetum ſitu breui naſcitur, ramo humili, & repreſſo, nunquam ultra duas ulnas altitudinis, Quod gracilius proue nit eximium magis ducitur. Quod in craſſitudinem extuberatur, deſpectui eſt. Verum legitur per ſacer- dotes hoſtiis prius cæſis. Quæ cum litauerint, obſerua tur ut meſſis nec ortum ſolis anticipet, nec egrediatur occaſum. Quiſquis principatum tenet ſarmentorum aceruos haſta diuidit, quæ ſacrata eſt in hoc miniſte rium. Atq; ita portio manipulorum ſoli dicatur, quæ ſi iuſte diuiſa eſt, ſponte incenditur. Inter hæc, quæ di ximus, nitore cœruleo hyacinthus inuenitur, lapis pre tioſus ſiquidem inculpabilis inueniatur. eſt enim uitiis non parce obnoxius. Nam plerunque aut uiolaceo diluitur, aut nubilo obducitur, aut albican- tius in aquaticum eliqueſcit. Optimus in illo tenor, ſi nec denſiore phuco ſit obtuſior, nec propenſa perſpicui tate detectior, ſed ut utroq; temperamento lucis et pur puræ moderatum ſuauiter florem trahat. Hic eſt, qui ſentit auras, cum cœlo facit mutationẽ, nec æqualiter rutilat. cum autem nubiloſus eſt, aut ſerenus dies, præ terea in os miſſus magis friget. Scalpturis certe mini- me accommodatus ut qui attritum reſpuat, nec tamẽ penitus inuictus eſt. Nã adamãte ſcribitur, et notatur. Vbi Hyacinthus ibi & chryſolapſus apparet, quem

lapidem lux cælat, prodit obſcurū. Hæc enim eſt in illo diuerſitas, ut nocte igneus ſit, die pallidus. Ex ipſo ſumimus hæmatitem rubore ſanguineo, ac propterea hæmatites uocatus.

De intimis Libyæ gentibus mira.
Caput XXXIII.

q Vod ab Atlāte ad uſq; Canopitanum oſtium panditur, ubi Libyæ finis eſt, et ægyptium limen dictum à Canopo Menelai gubernatore ibi ſepulto. In ea īſula, quæ oſtium Nili facit, gentes tenent diſſonæ, quæ in auiæ ſolitudinis ſecretum receſſerunt. Ex his Atlantes ab humano ritu prorſus exulant, nulli proprium uocabulum, nulli ſpeciale nomen. Diris ſolis ortus excipiunt. Diris occaſus proſequūtur. Vſtiq; undiq; torrentis plagæ ſydere oderunt deum lucis. Affirmant eos ſomnia non uidere, et abſtinere penitus ab animalibus uniuerſis. Troglodytæ ſpecus excauant, illis teguntur. Nullus ibi habendi amor à diuitiis paupertate ſe abdicarūt uoluntaria. Tantum lapide uno gloriantur, quem Hexecontalithon uocant, tam diuerſis notis ſparſum, ut ſexaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo deprehendātur. omnes iſti carnibus uiuunt ſerpentium, ignariq; ſermonis ſtrident potius, quàm loquuntur. Augylæ uero ſolos colunt inferos. Fœminas ſuas primis noctibus nuptiarū adulterijs cogunt patere. mox ad perpetuam pudicitiam legibus ſtringunt ſeueriſſi-

mis. Gamphasantes abstinent prælijs, fugiunt cõmer tia, nulli se externo misceri sinunt. Blemio, sed nõ eos qui uicina rubro mari incolunt credunt truncos nasci parte, qua caput est, Os tamen & oculos habere in pe ctore. Satyri de omnibus nihil aliud præferunt, quàm figurã. Aegypanes hoc sunt, quod pingi uidemus. Hi Mantopodes flexis nisibus crurũ repunt potius, quàm incedunt, & pergendi usum lapsu magis destinant, q̃ ingressu. Pharusi cum Herculi ad Hesperidas per- genti forent comites itineris, tædio hinc resederunt. Hactenus Lybia.

De Aegypto, & Nili natura. Caput XXXIIII.

a Egyptus à meridie introrsus recedit, quo ad prætendant Aethiopes. A' tergo infe- riorem eius partem Nilus circunfluit, qui scissus à loco, cui Delta nomen est, ad in- sulæ faciem spatia amplectitur interna, & incerto pe nè fonte decurrens proditur, ut loquemur. Originem habet à monte inferioris Mauritaniæ, qui Oceano propinquat. Hoc affirmant libri punici. Hoc Iubam Regem accepimus tradidisse. Igitur protinus lacum ef ficit, quem Nilidem dicunt. Nilum autem iam inde es se coniectant, quod hoc stagnum, herbas, pisces, bel- luas, nihilo minus procreet, quàm in Nilo uidemus. Ac siquando Mauritaniam, unde ei origo est, aut niui bus densioribus, aut imbribus largioribus irrigatur. inde incrementa exundationis in Aegypto augẽãtur. Sed effusus hoc lacu arenis sorbetur. Et cuniculis cæ

cis absconditur. Deinde in Cæsariensi specie prorumpens amplior eadem indicia præfert, quæ in exortu notauimus, rursusq; subsidet, nec se prius reddit, q̃ post interualla itineris extenti contingat Aethiopas, ubi exit, nigrum facit fluuium, quem supra diximus esse terminum limitis africani. Astapum eum indigetes uocant, scilicet aquam è tenebris profluentem. Multas, magnasq; ambit insulas. Quarum pleræq; sunt tam diffusæ, uastæq; magnitudinis, ut uix eas dierum quinq; cursus prætermeet, quamuis concitus ibi feratur. Nobilissima earum est Meroë, circùm quam diuisus dextro alueo Astusapes, læuo Astabores nòminãtur. Tunc quoq; emensus magna, longinquaq; loca cum primum occursantibus scopulis asperatur, tantis agminibus extollitur inter obiecta rupium, ut ruere potius, quàm manare credatur. Demumq; à Cataracte ultimo tutus est. Ita enim quædam claustra eius Aegyptij nuncuparunt. Relicto tamen hoc ponè se nomine, quo Siris uocatur, Mox inoffensus meat. Septẽ ostijs conditur in meridiem uersus. excipitur Aegyptio mari. Ignari syderum, uel locorum uarias de excessibus eius causas dederunt. Alij affirmant Etesias nubium dẽsitate illò cogere, unde amnis hic auspicatur, ipsumq; fontem superno humore sublatum, tantam inundationis habere substantiam, quanta pabuli ad liquorẽ nubila subministrarint. Ferunt alij quod uentorum flatibus repercussus, cum fluorem solitæ uelocitatis nõ queat promouere, aquis in arcto luctantibus intumescat, & quanto impensius controuersi spiritus repugnauerint, tanto excelsius sublimari in altitudinis uer

tices repercussam celeritatem, quando nec solitus extenuet cursus alueum, & stipato iam flumine uenis originalibus torrentium pondera superueniant. Ita concordi uiolentia hinc urgentis elementi, hinc resistentis undis exultantibus molem colligi, quae excessus facit. Nonnulli affirmant fontem eius, qui Phiala uocatur, syderum motibus excitari, extractumq; radijs candentibus coelesti igne suspendi, non tamen sine certa legis disciplina, hoc est Iunis coeptantibus. Verum omnem excessus originem de sole fieri, primamq; exultantiam tumoris concipi cum per cancrum soluebatur, postmodum triginta eius partibus euolutis, ubi ingressus leonem ortus Sirios excitauerit propulso omnĩ fluore tantum uis amnis erumpere. Quod tempus sacerdotes natalem mundi iudicarunt. idest in. xiii. Calendas Augustas & undecimum diem. Deinde reuocari exitus uniuersos, cum in Virginem trãseat, penitusq; inter suas ripas capere cum Librã sit ingressus. Hoc etiam addunt pariter eum nocere siue abundatius exaestuet, siue parcius, quandoquidem exiguitas minimum foecunditatis apportet, Propensior copia diuturno humore culturam moretur. Maximos eius exitus cubitos duodeuiginti consurgere, iustissimos sedecim temperari, nec in qndecim abesse prouentus fructuarios. Sed quicquid intra sit, famem facere. Dant illi etiam hoc maiestatis, ut portendat futura, argumentantes quandoquidem Pharsalico bello non fuerit egressus quinqueulnas. Iam illud palàm est, quod solus ex amnibus uniuersis nullas expiret auras. Ditionis aegyptiae esse incipit à Syene in qua fines Aethio

pum, & inde usq; dum mari intimatur Nili nomen tenet. iter omnia, quæ Aegyptus habet digna memoratu, præcipue bouem mirantur. Apim uocant. Hunc instar colunt numinis, insignem notæ albæ macula, quæ dextro lateri eius ingenita corniculantis lunæ refert faciem. Statutum æui spatium est, quot ut affuit principio sacri fontis profundo immersus necatur, ne diem longius trahat, quàm licebit. Mox alter nec sine publico luctu requiritur, quem repertum centum antistites Memphin prosequũtur, ut incipiat sacris ibi initiatus, sacer fieri. Delubra, quibus succedit aut incumbat, mysticæ thalamos nominant. Dat omnia manifestantia de futuris. Illud maximum, si de consulentis manu cibum capiat. Deniq; auersatus Germanici Cæsaris dextram, prodidit ingruentia, nec multo post Cæsar extinctus est. Pueri Apim gregatim sequuntur, & repente uelut lymphatici uentura præcinunt. Bos illi fœmina ostenditur in anno semel, & ipsa non absq; certis insignibus, quæ atq; inuenta, & oblata est, eadem die statim neci datur. Apis natalem Memphitica celebrant iactu aureæ pateræ, quã proijciunt in Nili gurgitem. Hæc solennitas per septẽ dies agitur. Quibus diebus cum sacerdotibus quasdã Crocodili inducias habent, nec attrectant lauantes. Verum VIII. die cærimonijs iam peractis, uelut reddita sæuiẽdi licentia solitam resumunt atrocitatẽ. Crocodilus malũ quadrupes et ĩ terra, et ĩ flumĩe pariter ualet, linguam non habet. Maxillam mouet superiorem. Morsus eius horribili tenacitate conueniunt, stipante se dentium serie pectinatim, plerunq; ad uigin

ti ulnas magnitudinis coalescit. Qualia anseres edit oua. Metatur locum nido naturali prouidentia, nec alibi fœtus premit quàm quò crescentis Nili aquæ non possunt peruenire. In partu fouendo mas, & fœmina uices seruant. Præter hiatum oris, armatus est etiam unguium immanitate. Noctibus in aqua degit, per diem humi acquiescit. Circundatur maxima cutis firmitate, in tantum, ut ictus quouis tormento adactos tergore repercutiat. Trochilos auis paruula est, ea dum reduuias escarum affectat, os belluæ huiusce paulatim scalpit, & sensim scalpurigine blandiente aditum sibi in usq; fauces facit. Quod Enhydrus conspicatus, alterũ Ichneumonũ genus penetrat belluã, populatisq; uitalibus erosa exit aluo. Est & delphinum genus in Nilo, quorum dorsa serratas habent cristas. Hi Delphines Crocodilos studio eliciunt ad natandum, demersiq; * astu fraudulento, tenera uentrium subternatantes secant, & interimunt. Præterea habitant in insula Nili homines forma perexigui, sed audacia eousq; præditi, ut crocodilis se offerant obuios. Nam hæc monstra suffugienteis insequuntur, formidant resistenteis. Ergo capiuntur, subactiq; etiam intra aquas suas seruiunt, et perdomiti metu ita obsequuntur, ut immemores atrocitatis uictores suos inæquitanteis dorso uehant. Hanc ergo insulam, & hanc gentem ubicunq; indicio odoris persenserint, procul fugiunt. In aqua obtusius uident, in terra acutissime, hyeme nullum cibum capiunt. Quinetiam quatuor menseis à cœptu brumæ inedia exigunt. Scinci quoq; circa Nilum frequentissimi, crocodilis qui-

dem similes, sed forma modica, & angusta. uerum ad opem salutarem non qualibet necessarij. Medentes quippe ex his pocula insiciunt, quibus & stupor excitetur, & ueneni uis extinguatur. Hippopotamus in eodem flumine, ac solo nascitur, equino & dorso, & iuba, & hinnitu, rostro resupino, ungulis bifidis, aprinis dentibus, cauda tortuosa, noctibus segetes depascitur, ad quas pergit auersus astu doloso, ut fallente uestigio reuertenti nullæ ei insidiæ præparētur. Idem cum distenditur nimia satietate, arundines recens cæsas petit, per quas tandiu obuersatur, quoad stirpium acuta pedes uulnerent, ut profluuio sanguinis leuetur sagina. Plagam deinde cœno oblinit, usq; dum uulnus conducatur in cicatricem. Hippopotamos & Crocodilos primus Romam M. Scaurus inuexit. Circa easdem ripas ales est Ibis, ea serpentium populatur oua, gratissimamq; ex his escam nidis suis defert. Sic rarescunt prouentus fœtuum noxiorum. Nec tamen aues istæ tantum intra fines Aegyptios prosunt. Nam quæcunque arabicæ paludes pennatorum anguium mittunt examina, quorum tam citum uirus est, ut morsum ante mors, quàm dolor sequatur. Sagacitate, qua ad hoc ualent aues excitatæ, in procinctum eunt uniuersæ, & prius quàm terminos patrios externum malum uastet, in äere occursant cateruis pestilentibus, ibi agmen deuorãt uniuersum. Quo merito sacræ sũt, et illæsæ. Ore pariũt. Nigras solum Pelusium mittit, reliqua pars cãdidas. De arboribus, quas sola fert Aegyptus præcipua est ficus ægyptia, folijs moro cõparãda, poma nõ ramis tã

tum gestitans, sed ex caudice usqueadeo fœcunditatis suæ augusta est, ut uno ãno septies fructũ efficiat. Vñ pomum decerpseris, alterum sine mora protuberat. Materia eius in aquam missa subsidit. Deinde cum diu desederit in liquore leuior facta sustollitur, & uersa uice, quod natura in alio ligni genere non recipit, fit humore sicca. Palma quoq; Aegyptia dicenda res est, proprie Adipsos uocatur, ut dici oportuit, eaq; gustata arcet sitim. Odor eidem qui & malis Cydonijs. Sed demum sitim sedat, si prius quàm maturuerit decerpatur. Nam si matura sumatur, sensum intercipit, gressum præpedit, linguam retardat, obsessisq; officijs mentis, & corporis uitium ebrietatis imitatur. Aegyptium limitem, qua ad Δ cacumen tendit, incolunt populi, qui momentum, quo reparari mũdum ad motus ferunt annuos, hoc studio deprehendunt. Eligitur sacer locus, in quem compellunt animalia diuersissimi generis, ea ubi ad statum modum, cœlestis uertigo prouecta est, sensus suos significationibus produnt, quibus possunt. Alia ululant, alia mugiunt, quædam stridunt, quædam rugiunt, nonnulla simul confugiunt ad uolutabra. Hoc argumentũ illis est magisterium ad indicium temporis deprehendendi. Iidem populi celebrant à primis sibi gentis suæ auis traditum, ubi nunc occasus, quondam ibi ortum Solis fuisse. Inter Aegyptias urbes numero portarum Thebæ nobiles, ad quas commertia Arabes undiq; gentium subuehunt. Hic regio Thebaica, Abydos, & ipsa nobilis olim Memnonis regia, nunc Osiridis fano exculta. Alexandream & operis ipsius

magnitudo, & author Macedo nobilitant. Quam metatus Dinocrates architectus, secundum post conditorem inter memorabilia locum sortitus est. Condita autem Alexandria est XII centesima olympiade L. Papyrio Spurij F. C. Pœtelio Pœtelij F. COSS. Romanis. haud longe ab ostio Nili fluminis, quod Heracleoticon, alij Canopicon appellant. Est & Pharos Colonia à Cæsare dictatore deducta, ex qua facibus accensis nocturna dirigitur nauigatio. Nã Alexandrea insidioso accessu aditur, fallacibus uadis, cæco mari, tribusq; tantum canalibus admittit nauigantes. Tegamo, Possidonio, Tauro. Hinc igitur in portibus machinas ad prælucendi ministerium fabricatas Pharos dicunt. Pyramides turres sunt in Aegypto fastigatæ, ultra excelsitatem omnem, quæ fieri manu possunt. Itaq; mensuram umbrarum egressæ, nullas habent umbras. Nunc ab Aegypto promoueamus stylum.

ARABIA et omnia, quae ad situm, et mores provinciae pertinent, quaeq; memorabilia in ea uisuntur. Caput XXXV.

u Ltra pelusiacum ostium Arabia est, ad rubrũ pertinens mare, quod Erythraeũ ab Erythra rege Persei, et Andromadae filio non solum à colore appellatũ Varro dicit, qui affirmat in litore maris istius fontem esse, quem si oues biberint, mutent uellerum qualitatem, et antea candidae amittant quod fuerint usq; ad haustum, ac fuluo postmodum nigrescant colore. Rubri autem maris Arsinoë oppidum. Verum haec Arabia procedit ad usq; illam odoriferam, & diuitem terrã, quam Catabanes et Scenitae tenent. Arabes nobiles monte Cassio. Qui Scenitae causas nominis ide ducũt, quod tentorijs succedunt, nec alias domos habent. Ipsa autem tentoria Cilicina sunt, ita nũcupant uelamenta caprarum pilis texta. suillis carnibus prorsus abstinent. Sane hoc animalis genus, si inuectum illò fuerit, moritur ilico. hãc Arabiã graeci εὐδαίμονα, nostri beatam nominarunt. Habitatur colle manufacto inter flumen Tigrin, & flumen Eulaeum, quod ortũ à Medis tam puro fluore inclytum est, ut inde omnes reges non aliã q̃ eius aquas bibant. Eudaemona non frustra cognominatam hinc capessas, quod praeter odores, quos creat plurimos, sola thus mittit, nec tamẽ uniuersa. Nam in medio eius sunt Atramitae pagus Sabaeorum, à quo octo mansionibus regio thurifera disterminatur. Arabia appellata est, idest sacra. Hoc

enim significari interpretantur. Virgulta hæc nō sunt publica, sed quod inter barbaros, nouū in ius posterorum per successiones transeunt familiarum. Ergo ꝗ cunq; dominatum istius tenent nemoris, arabice Sacri uocantur. Idē illic cum lucos istos uel metunt, uel incidunt, non funeribus intersunt, non congressionibus fœminarum polluūtur. hanc arborem prius quàm penitus fides proderetur, alij lentisco, alij magę Teribintho comparabant, usq; dum libris, quos Iuba rex scripsit ad Cæsarem Augusti filium, palàm fieret, intorto eam esse uimine, ramis ad aceris qualitatem amygdalæ modo, succum fundere, incidi ortu canis flagrantissimis solibus. In ijsdem salibus myrrha prouenit, cuius radices ut uitium rastris proficiunt, ablaqueationibus gaudent, nudatæ pinguiore fluit lachryma, sponte manans pretiosior, ex ea sudor est elicitus, corticis uulnere uilior iudicatur. Codex in uertiginem flexus et spinis hispidus, foliū licet crispius oliuæ tamē simile, maxima altitudo extenditur ad qnq; cubita proceritatis. Arabes sarmētis eius ignes fouēt, quorum fumo satis noxio, nisi odore cremati styracis occurrant, plerunq; insanabiles morbos contrahunt. Iidem Arabes legunt cinnamum, quod frutetum situ breui nascitur humili, & represso, nunquam ultra duas ulnas altitudinis. Quod gracilius prouenerit, eximium magis ducitur. Quod in crassitudinem extuberatum sit, inutilius habetur. Verum legitur per sacerdotes hostiis prius cæsis, quæ cum litauerint, obseruatur, ut messis nec ortum solis anticipet nec egrediatur occasum. Quisquis principatum tenet sarmento-

rum strues lustri diuidit, quæ sacrata est in hoc munus, atq; ita portio manipulorum soli dicitur. Quæ si iuste diuisa sit, radijs inflagrata incendium sponte concipit. Apud eosdem nascitur auis Phœnix aquilæ magnitudine, capite honorato, in conum plumis astantibus, cristatis faucibus, circa colla fulgore aureo, postera parte purpureus absq; cauda, in qua roseis pennis caeruleus interscribitur nitor. Probatum est quadraginta & quingentis eum durare annis. Rogos suos struit cinnamis, quos propè Panchaiam concinnat in solis urbem strue altaribus superposita. Cũ huius uita magni anni fieri conuersionem rara fides est inter authores. Quãuis plurimi eorũ magnũ annũ non quingentis et quadraginta, sed duodecim millibus. Dcccc. Liiii. annis constare dicant * Plaucio itaq; Sextio, & P. Apronio Coss. Aegyptũ Phœnix iuolauit, captusq; anno octingentesimo Vrbis conditæ, iussu Claudij principis in comitio publicatus est. Quod gestum præter censuram, quæ manet, actis etiam Vrbis continetur. Cinnomulgus përinde Arabiæ auis in excellentissimis lucis texit nidos è fustibus Cinnamorũ. Ad quos quoniam non est peruenire propter ramorũ altitudinẽ & fragilitatem, accolæ illas congeries plũbatis petunt iaculis, deiectasq; pretijs uendunt amplioribus, quod hoc cinnamum magis, quàm alia mercatores probent. Arabes longe, lateq; diffusi, diuersisq; moribus uiuũt, & cultibus plurimis crineis intonsi mitrata capita, redimitu pari, pars rasa in cutem barba, commerciis student, aliena non emunt, uendunt sua. quippe & syluis, & mari diuites. Vmbræ, quæ nobis dextræ

sunt illis

sunt, illis sinistræ. Pars eorum, quibus asper uictus est, angueis edunt, nulla illis animi, uel corporis cura, ac propterea ὀφιοφάγοι nominantur. Ex istius litoris sinu, Polycrati regi aduecta Sardonyx gemma, prima in orbe nostro luxuriæ excitauit facem. Nec multum de ea disserendum puto, adeo Sardonyx in omnium uenit notitiam. Superficies eius probatur, si meratius rubeat, arguitur si fuerit fæculentior. Medietas circuitur limite candicante. Optima est, si nec colorem suum spargat in proximum, nec ipse ex altero mutuetur. Reliqua nigro finiuntur. Quod si traluceat, uitio uertitur. Si perspicuitatem arceat, proficit ad decorem. Et Malochitem Arabs inuenit, uirentem crassius, quàm Smaragdus, contra infantium pericula ingenita ui resistentem. Inuenit & Iridem in mari rubro sicut crystallum, sexangulatam, quæ radiis icta solis rutilo aëris repercussu cœlestis arcus ex se iacit speciem. Androdamantem iidem legunt Arabes, nitoris argentei, lateribus æqualiter quadris, quem de adamante non nihil mutuatum putes. Datum illi nomen ex eo censent, quod animorum callentium mollit impetus, & tumenteis refrenat iras. Pæderotem etiã arabicum inde sumimus. Arabica aspectu eburnea est, radios abnuit, contra neruorum molestias prodest habẽtibus. In Pæderote congruit quicquid eximium est quadam decoris prærogatiua, crystallinum lucet, rubet purpuram. Orarum extimis corona crocea uelut è liquido renitente. At suauitate oculos afficit. Visum illicit, detinet intuenteis, hac etiam gratia Indis placet. Hoc Arabiæ sat est, hinc ad Pelusium re-

patriemus.

De Casio monte, & Iudæa uniuersa, & ijs, quæ in ea sunt admiratione digna, in primisq; de grauitate morum, qua Esseni commendantur.

Caput XXXVI.

In Pelusio Casius mons est, & delubrũ Iouis Casij, atq; ita Ostracine locus Pompeij magni sepulcro inclytus. Idumæa inde incipit palmis opima. Deinde Ioppe oppidum antiquissimum orbe toto, utpote ante inundationem terrarum conditum. Id oppidum saxum ostentat, quod uinculorũ Andromedæ uestigia adhuc retinet, quam expositam belluæ non irritus rumor circuntulit. Quippe ossa monstri illius M. Scaurus inter alia miracula in ædilitate sua Romæ publicauit. Annalibus nota res est. Mensuræ quoq; ueracibus libris continentur, scilicet quod costarum longitudo excesserit pedes quadraginta. Excelsitas elephantis fuerit indicis eminentior. Porrò uerticuli spinæ ipsius latitudine semipedem sunt supergressi. Iudæa illustris est aquis, sed natura non eadem aquarum omnium. Iordanis amnis eximiæ suauitatis Peneade fonte demissus, regiones præterfluit amœnissimas. Mox in Asphaltiten lacum mersus stagno corrumpitur, qui Asphaltites bitumen gignit. animal nõ habet, nihil in eo immergi potest, Tauri etiam Cameliq; impune ibi fluitant. Est & lacus Genesara extensus passuũ. XVI millibus, circunseptus urbibus plurimis, et celebribus,

ipse par optimis. Sed lacus Tiberiadis his omnibus anteponitur, salubris ingenuo haustu, & ad sanitatem usu efficaci. Iudeæ caput fuit Hierosolyma, sed excisa est. Successit Iericus, & hæc desijt. Artaxerxis bello subacta. Callirhoë Hierosolymis proximus fons, calore medico probatissimus, & ex ipso aquarum præconio sic uocatus. In hac terra tantum balsamum nascitur, Quæ sylua intra terminos uiginti iugerum usq; ad uictoriam nostram claudebatur. At cum Iudæa potiti sumus, ita luci illi propagati sunt, ut iam nobis latissimi colles sudent balsama. Similes uitibus stirpes habent, malleolis digeruntur, rastris nitescunt, aquis gaudent, amant amputari, tenacibus folijs sempiterno inumbrantur. Lignum caudicis attrectatum ferro sine mora moritur. Ea propter aut uitro, aut cultellulis osseis, uel in solo cortice artifici plaga uulneratur. Ex qua eximiæ suauitatis gutta manat, post lacrimam. secundum in pretijs locum poma obtinent, cortex tertium, ultimus honos ligno. Longo ab Hierosolymis recessu tristis sinus panditur, quem de cœlo tactum testatur humus nigra, & in cinerem resoluta. Duo ibi oppida Sodomum nominatum alterum, alterum Gomorrum. Apud quæ pomum gignitur, quod habeat licet speciem maturitatis, mandi tamen non potest. Nam fuliginem intrinsecus fauillaceam ambitio tantum extimæ cutis cohibet, qua uel leui pressa tactu fumum exhalat, & fatiscit in uagum puluerem. Interiora Iudææ, quæ occidente continentur, Esseni tenent, qui præditi memorabili disciplina recesserunt à ritu gentium uniuersarum, maiestatis, ut reor, pro

uidentia ad hunc morem destinati. Nullæ ibi fœminæ, uenere se penitus abdicarunt, pecuniam nesciũt, palmis uictitant, nemo ibi nascitur, nec tamen deficit hominum multitudo, locus ipse addictus pudicitiæ est. Ad quem plurimi licet undiq; gentiũ properent, nullus admittitur, nisi quem castitatis fides, & innocentiæ meritum prosequatur. Nam qui reus est uel leuis culpæ, quamuis summa ope adipisci ingressum uelit, diuinitus submouetur. Ita per immensum spatium seculorum incredibile dictu æterna gens est cessantibus puerperijs. Engadda oppidum infra Essenos fuit. Sed excisum est. Verũ inclytis nemoribus adhuc durat decus, lucisq; palmarum eminẽtissimum, nihil uel de æuo, uel de bello derogatum. Iudææ terminus Masada castellum.

De Scythopoli, & Casio monte. Cap. XXXVII.

t Ranseo Damascum, Philadelphiã, Rhaphanan, Scythopolin primos incolas et authores dabo. Liber pater cum humo nutricem tradidisset, condidit hoc oppidum, ut sepulturæ titulum etiam urbis mœnibus ampliaret. Incolæ deerant è comitibus suis. Scythas delegit, quos ut animo firmaret, ad promptam resistendi uiolentiam, præmiũ loci nomen dedit. In Seleucia alter Casius mons est Antiochiæ proximus, cuius è uertice uigilia adhuc quarta conspicatur globus solis, & breui corporis circumactu radijs caliginem dissipantibus, illinc nox, hinc dies cernitur. Talis è Ca-

ſio ſpecula eſt, ut lucere prius uideas, quàm auſpicetur dies.

De Euphratis, & Tigridis ortu, ac decurſu, et gēmis innumerabilibus, quæ in locis aut iiſdem fluminibus appoſitis, aut non multum remotis inueniuntur. Caput XXXVIII.

e Vphratem maior fundit Armenia, ortum ſupra Zimarā, ſub radicibus montis, quē Capoten accolæ nominant. Scythicis proximum, hinc receptis in ſe aliquot amnibus conualeſcit, & ſtipatus conuenis aquis, luctatur cum Tauri montis obiectu. Quem apud Eligeam ſcindit, reſiſtat licet XII millibus paſſuum latitudine, longiſq; excurſibus dextra Comagenē, Arabiam læua relinquit, deinde prælabens plurimas gentes Babyloniam quondam Chaldæorum caput diuidit. Meſopotamiam opimat annuæ inundationis exceſſibus, adinſtat amnis Aegyptij terris ſuperfuſus inuecta ſoli fœcunditate. Iiſdem ferè temporibus, quibus Nilus exit ſole ſcilicet in parte Cancri uigeſima conſtituto. Tenuatur cum iam leone decurſo ad extima uirginis curricula facit tranſitum. Quod Gnomonici ſimilibus parallelis accidere contendunt, quos pares & cœli & terrarum poſitione æqualitas normalis efficit lineæ. Vnde apparet iſta duo flumina admodum eiuſdem perpendiculi conſtituta, licet è diuerſis manent plagis, eaſdem incrementi cauſas habere. De Tigride quoq; dicere hoc loco par eſt. In

Armeniæ regione caput tollit mire quàm lucido conspicuo fonte in loco edito, qui Elongosine nominatur. Nec tamen ab exordio statim totus est. Primum pigre fluit, nec cum suo nomine. At cum fines Medorum inuectus est, Tigris statim dicitur. Ita enim Medi nominant sagittam. Influit in * Arethusam lacum omnia pondera sustinentem. Cuius pisces, nunquam se alueo Tigridis immiscent, sicut nec amnici pisces in stagnũ transeunt Arethusæ, perquam dissimilis colore & uolucri cursu meat. Mox Tauro resistente in profundũ specum mergitur, quem subterlabens in altero eius latere apud Zoroanda emicat uluas, & purgamenta plurima secum trahens, deinde identidem absconditur, rursusq; redditur. Adiabenos, Arabasq; præterfluit, Mesopotamiam amplectitur. Amnem nobilissimum Hidaspẽ accipit, Euphraten defert in sinum Persicum. Quæcunq; Euphraten bibunt gentes, diuerso nitent lapide. Zmilaces in ipso Euphratis alueo legitur, gemma ad imaginem marmoris proconnesi, ni quod in medio umbilico lapidis istius, glaucum ut oculi pupilla internitet. Sagda à Chaldæis ad nos usq; fluit, haud facilis repertu, nisi, ut perhibent, ipsa capessendam se daret. Nanq; ingenita spiritus efficacia supermeãteis naueis è profundo petit, & carinis ita tenaciter adcorporatur, ut nisi abrasa parte ligni seperetur. Ea Sagda apud Chaldæos propter effectus, quos ex ea sciunt, habetur in loco principis, cæteris propter gratiã magis placet iucundissime uirens. Myrrhites Parthis familiaris est, hunc si uisu æstimes, myrrhæ color est, et non habet quod afficiat aspectibus, si penitus explo

res & attritu incates ad calorem, spirat nardi suauitatem. In Perside lapidũ tanta copia est, tantaq; diuersitas, ut longum pene sit ipsis uocabulis immorari. Mithridax sole percussa coloribus micat uarijs. Tecolithos nucleo oliuæ similis spernitur, cum uidetur, sed remedijs bonus uincit aliorum pulchritudinem, solutus quippe & haustus pulsis calculis renum dolores, ac uesicæ leuat. Hammochrysos arenis auro immistis, nunc bractearum, nunc pulueris habet quadrulas. Aëtites & fuluus est, & tereti positione, alterum lapidem intrinsecus cohibens, cuius crepitu sonorus est, cum mouetur, quãlibet tinnitum illum non internum scrupulum facere, sed spiritum sapientissimi dicant. Hunc Aëtiten Zoroastres præfert omnibus, maximamq; illi tribuit potestatem. Inuenitur aut in nidis aquilæ, aut in litoribus oceani. In Perside tamen plurimus subnexus spem uteri defendit à fluxibus abortiuæ. Pyrrhites fuluus est, teneriq; se uehementius nõ sinit, ac siquando arctiore manu premitur, digitos adurit. Chalaxias grandinis, & candorem præfert, et figuram, duritia robustissima, & inuicta. Echites uipereas habet maculas. Dionysias fuscus est, rubẽtibus notis sparsus. Idem si aqua mistus conteratur, uinum fragrat, & quod in illo odore mirificum est, ebrietati resistit. Glossopetra deficientibus lunis cœlo cadit, linguæ similis humanæ, non modicæ, ut magi ferũt, potestatis, qui ex ea lunares motus excitari putant. Solis gemma percandida est ad speciem fulgidi syderis, rutilosq; ex se iacit radios, Veneris crines nitet, nigro internis ductibus ostentans ruforum crinium similitu

dinem. Selenites tralucet fulgore candido, melleóq; continens lunæ imagine, quem iuxta cursum astri ipsius perhibent diebus singulis uel minui, uel augeri. Meconites papauera exprimit. Myrmecites reptantis formicæ effigie notatur. Chalcopthongos resonat & pulsata æra, pudice seruat uocis claritatem. Syderites à cõtemplatione ferri nihil dissonat, uerũ maleficus quoq; si inferatur discordias excitat. Phlogites ostentat intra se quasi flammas æstuanteis. Anthracias corruscat uelut scintillantibus stellis. Enlydros exudat, ut clausam in eo putes fontanam scaturiginem.

De Cilicia uniuersa, & Monte Tauro. Caput XXXIX.

C Iliciam, de qua agitur, si, ut nunc est, loquamur, derogasse uidebimur fidei uetustatis. Si terminos sequimur, quos habuit olim, absonum est à contemplatione rerum præsentium. Igitur inter utranq; culpam factu optimum est, amborum temporum statum persequi, Cilicia antea usq; ad Pelusiũ Aegypti pertinebat Lydijs, Medis, Armenijs, Pãphylia, Cappadocia sub imperio Cilicum constitutis. Mox ab Assyrtis subacta in breuiorẽ modũ scripta est, plurima iacet campo, sinu lato recipiẽs Issicum mare à tergo montiũ tauri, et Amani iugis clausa. A` Cilice nomen trahit, quẽ ætas pristina pene` ultra æuum memoriæ abscondit, hunc Phœnice ortum, qui antiqor Ioue de primis terræ alũnis habetur. Matrem urbium habet Tarsum,

quã Danaës proles nobilissima Perseus locauit. Hãc urbẽ intersecat Cydnus amnis, hunc Cydnũ, alij præcipitari Tauro, alij deriuari ex alueo Coaspis tradiderunt, qui Coaspes ita dulcis est, ut Persici reges quãdiu inter ripas Persidis fluit, soli ibi ex eo pocula uindicauerint, et cum eundum foret peregre, aquas eius secum uectitarint. Ex illo parẽte Cydnus miram trahit suauitatem, quicquid candidum est cydnum gentili lingua Syri dicunt. unde amni huic nomen datum. tumet autumno & uere, cum niues soluuntur, reliquis anni temporibus tenuis est, & quietus arcet Corycum Ciliciæ crocum plurimum, optimumq́;, det licet Sicilia, det Cirena, det & Licia, hoc primum est. Spirat fragrantius, colore plus aureo est. Succi ope citius proficit ad medelam. Ibi Corycos oppidum est, et specus, qui montem impositum mari à summo cauat uertice patulus, hiatu amplissimo. Nam deiectis lateribus in terræ, profundum nemoroso orbe amplectitur, media inanitate uirens, introrsus lucis pendentibus. Descensus in eum per duo millia, et quingenta passuum non sine largo die, hinc inde fontium assidua scaturigine. Vbi peruentum ad ima primi sinus, alter rursus specus panditur. Quod antrum lucis primum patet faucibus, postmodum processu per angustias obscuratur. In eo sacrum est Iouis fanum, in cuius recessu intimo Typhonis gigantis cubile positum accolæ credunt. Heliopolis antiquum oppidum Ciliciæ fuit patria Chrysippi stoicæ sapiẽtiæ potentissimi, quod à Tigrane Armeniæ subactum, et diu post Põpeiopolin deuictis Ciliciibus Cn. magnus cognom

minauit. Mons Taurus ab indico primo mari surgit, deinde à scopulis Chelidonijs inter Aegyptiũ, et Pã phylium pelagus obiectus, septentrioni dextro latere, læuo meridianæ plagæ occidenti obuersus frõte pro fusa. Palàm est terras eum cõtinuare uoluisse penetra to mari, nisi profundis resistentibus extendere radices suas uetaretur. Deniq; qui ratiocinantur de naturis locorum, tentare eum omnes exitus promontorijs probant. Nam quoquouersum mari abluitur, procedit in prominẽtias, sed modo intercluditur phœniceo, modo pontico sinu, interdum caspio, uel hyrcano, quibus renitẽtibus subinde fractus contra mæoticum lacum flectitur, multisq; difficultatibus fatigatus, rhiphæis se iugis annectit, pro gentium & linguarum uarietate plurifariam nominatus. Apud Indos Imaus mox Paropanisus, Cohatras apud Parthos, post Niphates, inde Taurus, atq; ubi in excellentissimam sublimitatem Caucasus. Interea etiam à populis appellatione trahit ab dextro latere caspius dicitur, uel hyrcanus, à læuo Amazonicus, Moschicus, Scythicus. Ad hæc uocabula habet alia multa, ubi dehiscit hiulcis iugis facit portas, quarum primæ sunt armeniæ, tum caspiæ post ciliciæ. In Græciam uerticem erexit, ubi κεραύνιος prædicatur, à Ciliciæ finibus asiaticum limitem dispicit. Quantum meridiem uidet, sole inæstuat quicquid septentrioni oppositum est, uento tunditur. et pruina quo syluestris est, efferatur multis bestiis, & leonibus immanissimis.

De Lycia, et Chimæra monte, ac Hephæstia, Aquisq; Regijs Caput XL.

q Vod in Campania Vesæuus, in Sicilia Aetna, hoc, Lyciæ mõs Chimæra ẽ. Hic mons nocturnis æstibus fumidum exhalat, Vnde fabula triformis in uulgus data est, quod Chimæram uulgo putarunt. & quoniam natura ibidem subest ignea, Vulcano urbem proximam Lycij dicarunt, quam de uocabulo sui nominis Hephæstiam uocant. Olympus quoq; inter alia ibi oppidum fuit nobile, sed intercidit, nunc castellũ est, infra quod aquæ regiæ ob insigne fluoris spectaculo sunt uisentibus.

De Asiæ minoris finibus, Et Epheso, cum celeberrimo omnium templo. Caput XLI.

s Equitur Asia, sed non eam Asiam loquor, quæ in tertio orbis diuortio terminos amnes habet, Ab ægyptio mari Nilũ, à Mæotico lacu Tanai. Verũ eam, quæ à Telmisso Lyciæ incipit, unde et Carpathius auspicatur sinus. Eam igitur Asiam ab oriente Lycia includit, & Phrygia, ab occidente Aegæa litora, à meridie mare Aegyptium, Paphlagonia à septentrione. Ephesus in ea urbs clarissima est, Epheso decus templum Dianæ Amazonum fabrica adeo magnificum, ut Xerxes cum omnia Asiatica templa igni daret, huic uni pepercerit. Sed hæc Xerxis clementia sacras ædes nõ diu à malo uidicauit. Nãq; Herostratus,

ut nomen memoria sceleris extenderet, incendium nobilis fabricæ manu sua struxit, sicut ipse fassus est, uoto adipiscendæ famæ latioris. Notatur ergo eadem die conflagrasse templum Ephesi, qua Alexander magnus Pellæ natus est. Qui oritur, ut Nepos edidit, M. Fabio Ambusto, T. Quintio Capitolino COSS. Post Romam conditam anno CCC LXXXV. Id templum, cum postmodum ad cultum augustiorem Ephesij reformarent, faber operi Dinocrates præfuit, quẽ Dinocratem Alexandri iussu Alexandrea in Aegypto iam metatum supra exposuimus. Nusquam orbe toto tam assiduos terræmotus, & tam crebras urbium demersiones, quàm in Asia esse cladibus Asiaticis patuit, cum Tiberio principe urbes duodecim simul una ruina occiderint. Ingenia asiatica inclyta per gentes fuere. Poëtæ Anacreon, Inde Mimnermus, & Antimachus, deinde Hipponax, deinde Alcæus, inter quos etiã Sapho mulier. At historiæ conditores Xanthus, Hecatæus, Herodotus, cum quibus Ephorus, & Theopompus. Nam de septem sapientia præditis Bias, Thales, Pitthacus, Cleantes stoicæ eminentissimus, Anaxagoras naturæ indicator, Heraclitus etiam subtilioris doctrinæ arcanis immoratus.

De Phrygia, et Lydia, et Bonaso quadrupede. De monte Minante, et de admirãdis omnibus, quæ in ijsdem locis uisantur. Caput XLII.

a Siã excipit Phrygia, in qua Celene, quæ antiquato priore noĩe in Apameæ transit oppidum à rege Seleuco postmodum

constitutum. Illic Marsyas ortus, illic & sepultus, un
de qui proximat fluuius, Marsyas dicitur. Nã sacri=
legi certaminis factum, & audaces in deum tibias te
stantur non procul à ualle, quæ euentum gestæ rei si=
gnat, & ab Apamea decem millibus passuum sepe-
rata. Aulocrene usq; adhuc dicitur. Ex arce huiusce
oppidi Mæander amnis caput tollit, qui recurrentibus
ripis flexuosus inter Cariam, & Ioniam præcipitat
in sinu, qui Miletum diuidit, et Priennem. Ipsa Phry
gia Troadi superiecta est, Aqlonia parte Galatiæ col
limitata, meridiana Lycaoniæ Pysidæ, Mygdoniæq;
conterminam. Eadem ab oriente uicina Lydiæ, à se-
ptẽtrione, Mysiæ, Cariæ, à parte qua dies medius est.
Mons Lydiæ Tmolus croco florẽtissimus, amnis Pacto
lus, quem aurato fluore incitum, aliter χρυσορόαν uo
cant. In his locis animal nascitur, quod Bonason di-
cunt, cui taurinum caput, ac deinceps corpus omne
tantum iuba equina, cornua autem ita multiplici flexu
in se recurrẽtia, ut siquis in ea offendat, non uulne
retur, sed quicquid præsidij monstro illi frons negat,
aluus sufficit. Nam cum in fugam uertitur proluuie
citi uentris fimum egerit per longitudinem trium
* iugerum, cuius ardor quicquid attigerit egerie no=
xia summouet insequentes. Miletos Ioniæ caput
Cadmi olim domus, sed eius, qui primus inuenit
prosæ orationis disciplinam. Non longe Epheso Co-
lophon ciuitas nobilis oraculo clarij Apollinis. Vn=
de haud procul Minas surgit, cuius uertices de nubi-
bus superuolantibus futuræ tempestatis significant
qualitatem. Caput Mæoniæ Sipylus excipit, Tantalis

antea dicta, & in illam uocabuli memoriam orbitatibus data Niobe. Smyrnam Melas circunfluit, inter flumina Asiaticæ facile præcipuus amnis. Smyrnæos uero campos fluuius Hermus secat, qui ortus Dorylao Phrygiæ Phrygiã scindit à Caria. Hũc quoq; Hermum fluctibus aureis æstuasse antiquitas credidit. Smyrna, unde præcipue nitet, Homero uati patria extitit, qui post Ilion captum anno. CCLXXII. humanis rebus excessit. Agrippa Syluio Tyberini filio Albæ regnante, anno ante urbem conditam. CLX. inter quem, & Hesiodum poëtã, q in auspicijs olympiadis primæ obijt. CXXXVIII. anni interfuerũt. In Rhetæo litore Athenienses et Mitylenæi ad tumulũ ducis Thessalij Achilleon oppidũ condiderunt, quod propemodum interijt, deinde interpositis. XL. fermè stadijs in altero cornu eiusdem litoris ad honorem Salaminij Aiacis alterum oppidum, cui Aeantio datum nomen, Rhodij extruxerunt. At iuxta Ilium Memnonis stat sepulcrũ, ad quod sempiterno ex Aethiopia cateruatim aues aduolant, quas Ilienses Mẽnonias uocant. Cremutius author est has easdem anno quinto in Aethiopia cateruatim coire, et undiqueuersum quo usquam gentium sint ad regiam Memnonis conuenire. Mediteranea quæ sunt supra Troadis partem Teutrania tenet regio, quæ prima Mysorũ patria fuit. Perfunditur Teutrania caico flumine. Per oẽm Asiã chamæleõ plurimus, animal quadrupes, facie, qua lacertæ, nisi crura recta, & longiora uentri iungerentur, prolixa cauda, eademq; in uertiginem torta, hamati ungues, subtili aduncitate, inces

sus piger, & fere idem qui testudinum motus, corpus asperũ, cutem qualẽ in Crocodilis deprehẽdimus, sub ducti oculi, et recessu concauo introrsum recepti, quos nunquam nictatione obnubit, uisus deniq; non circu latis pupillis, sed obtutu rigidi orbis intentat, hiatus eius æternus, ac sine ullius usus ministerio, quippe qui cum neq; cibum capiat, neq; potu alatur, neq; alimento alio, quàm haustu aëris uiuat, color uarius, & in mo mento mutabilis, ita ut cuicunq; rei coniunxerit concolor ei fiat. Colores duo sunt, quos fingere nequaquã ualet, rubrus, et candidus, cæteros facile mentitur, cor pus pene sine carne, uitalia sine liene, nec nisi in cor culo pauxillum sanguinis deprehenditur, latet hyeme, producitur uere impetibilis est coraci, à quo cum interfectus est, uictorem suum perimit interemptus. Nam si uel modicum ales ex eo ederit, ilico moritur. Sed corax habet præsidium ad medelam, natura ma num porrigente. Nam cum afflictum se intellegit sumpta fronde laurea recuperat sanitatem. Pythonis come est in Asia locus in campis patentibus, ubi pri mo aduentus sui tempore ciconiæ aduolant, & eam, quæ ultima aduenerit, laniant uniuersæ. Aues istas ferunt linguas non habere. Verum sonum, quo crepitant, oris potius q̃ uocis esse, eximia illis inest pietas. Etenim quantum temporis impenderint fœtibus educandis, tantum & ipsæ à pullis suis inuicem alũ tur. Ita enim impense nidos fouent, ut incubitus assiduitate plumas exuant. Noceri eis, omnibus quidẽ lo cis nefas ducunt, sed in Thessalia uel maxime, ubi ser pentum immanis copia est, quos dum inescandi gra-

tia insectantur regionibus thessalicas plurimum mali detrahunt. Galatiam in primis seculis priscæ Gallorum gentes occuparunt. Tolistobogi, & Voturi, et Ambiati, quæ uocabula adhuc permanent, quamuis Galatia unde dicta sit, ipso sonat nomine.

De Bithynia, et eius capite Prusiade, in qua Annibal sibi ipsi mortem ueneno consciuit.

Caput. XLIII.

b Ithynia in Ponti exordio ad partem solis orientis, aduersa Thraciæ opulenta, ac diues urbium, à fontibus Sangarij fluminis primos fines habet, ante Bebrycia dicta, deinde Mygdonia, Mox à Bithyno rege Bithynia. In ea Prusiadem urbẽ alluit Hylas flumen, & perspargit Hylas lacus, in quo resedisse credunt delitias Herculis Hylam puerum nymphis rapinam, in cuius memoriam usq; adhuc solenni cursitatione lacum populus circuit, & Hylam uoce clamant. In bithynio quoq; agro Libyssa locus Nicomediæ proximus sepulcro Annibalis famæ datus, qui post Carthaginiẽse iudicium transfuga ad regem Antiochum, deinde post Antiochi apud Thermopylas pugnam tam malam, fractumq; regem fortunæ uicibus in hospitium Prusiæ deuolutus, ne traderetur T. Quintio ob hanc causam in Bithyniam misso, captiuusq; Romã ueniret, ueneni mali poculo animã expulit, & à Romanis se uinculis morte defendit.

De ora

De ora pontica. Caput. XLIIII.

i Nora pontica post Bosphori fauces & Rhesum amnē, portumq; Calpas Sagaris fluuius ortus in Phrygia, dictusq; à plerisq; Sāgarius, exordium facit Mariandini sinus, in quo oppidum Heraclea appositum Lyco flumini, & Acone portus, qui prouentu malorum germinum usqueeo celebris est, ut noxias herbas aconita illinc nominemus. proximus inde Acherusius specus, quem foraminis cæca profundo adusq; inferna aiunt patere.

De Paphlagonia. Caput XLV.

p Aphlagoniam limes à tergo Galaticus amplectitur, ea Paphlagonia Carābi promontorio spectat Tauricam, consurgit Cytoro monte porrecto in spatium trium & sexaginta millium, insignis loco Heneto, à quo, ut Cornelius Nepos perhibet, Paphlagones in Italiā transuecti, mox Veneti sunt nominati. Plurimas in ea regione urbes Milesij condiderunt. Eupatoriam Mithridates, quæ subacta à Pompeio Pompeiopolis est dicta.

De Cappadocia, & in ea de equis. Cap. XLVI

c Appadocia gentium uniuersarum, quæ pontum accolunt præcipue introuersus recedit, latere læuo utrasq; Armenias, et Comagenē simul transit, dextro pluri

mis Asiæ populis circunfusa. Attollitur ad Tauri iuga, & solis ortum, præterit Lycaoniam, Pisidian, Ciliciam. Vadit super tractum Syriæ Antiocheæ parte regionis alterius in Scythiam pertendens, ab Armenia maiore diuisa Euphrate amne. Quæ Armeniam unde Panthydri montes sunt, auspicantur. Multæ in Cappadocia urbes inclytæ, uerum, ut ab alijs referamus pedem, coloniam Archelaidem, quam deduxit Claudius Cæsar, Halys præterfluit. Neocæsaream fluuius Lycus alluit. Melitam Semiramis condidit. Mazacam sub Argæo sitam Cappadoces matrem urbiũ numerant. Qui Argæus niualibus iugis arduus nec æstiuo quidem torrente pruinis caret. Quemq; indigenæ populi habitari Deo credunt. Tera illa ante alias altrix equorum & prouentui equino accommodatissima est. Quorum hoc in loco ingenium reor ꝑsequendum. Nam equis inesse iudicium documentis plurimis patefactum est. Cũ iam aliquot inuẽti sint, qui non nisi primos dominos agnoscerent obliti mansuetudinis, siquando mutassent consueta seruitia, Inimicos partis suæ norunt, adeo ut inter prælia hostes morsu petant. Sed illud maius est, qđ rectoribus perditis, quos diligebant, arcessunt fame mortem. Verũ hi mores in genere equorum præstantissimo reperiũtur. Nam qui infra nobilitatem sunt sati, nulla documenta sui præbuerunt. Sed nequid uideamur dicendi licentia contra fidem arrogasse, exemplum frequẽs dabimus. Alexãdri magni equus Bucephalus dictus siue de aspectus toruitate, siue ab insigni, quod taurinum caput harmo inustum gerebat, uel quod de fron

te eius quædam extantium corniculorum minæ protuberabant. Cum ab equario suo aliâs etiam molliter sederetur accepto regio strato neminē unquā aliū præter dominum uehere dignatus est. Documenta eius in prælijs plurima sunt, quibus Alexandrum è durissimis certaminibus sospitē opera sua extulit. Quo merito effectum, ut defuncto in India, exequias rex duceret, & supremus sepulcrum daret. Vrbem etiam conderet, quā in nominis memoriam Bucephalā nominauit. Equus C. Cæsaris nullum præter Cæsarem dorso recepit. Cuius primores pedes facie uestigij humani tradunt fuisse, sicut ante Veneris genetricis simulacrum eadem hac effigie locatus est. Regem Scytharum cum singulari certamine interemptum, aduersarius uictor spoliare uellet, ab equo eius calcibus, morsuq; laniatus est. Agrigentina etiā regio frequens est equorum sepulcris, quod supremorum munus meritis datum creditur. Voluptatem his inesse Circi spectacula prodiderunt. Quidam enim equorum cantibus tibiarum, quidam saltationibus, quidam colorum uarietate, nonnulli etiā accensis facibus ad cursus prouocantur. Affectum equinum lacrimæ probant. Deniq; interfecto Nicomede Rege equus eius uitam inedia expulit. Cum prælio Antiochus Galatas subegisset, Centaretrij nomine ducis, qui in acie ceciderat, equum ouaturus insiluit. Is'q; adeo spreuit lupatos, ut de industria curuatus ruina & se, & equitem pariter affligeret. Ingenia equorum & Claudij Cæsaris Circenses probarunt, cum effuso rectore quadrigæ, cursus æmulos non minus astu, q̄ uelocitate præuerte

rent. Et post decursa legitima spatia, ad locum palmæ sponte consisterent, uelut uictoriæ præmium postularent. Excusso quoq; auriga, quẽ Ratumenam nominabant, relicto certamine ad capitolium quadriga prosiluit, nec ante substitit, quàlibet obuijs occursibus impedita, quàm Tarpeium Iouem terna dextratione lustrasset. In huiusce animalis genere ætas longior maribus. Legimus sanè equum adusq; annos septuaginta uixisse. Iam illud non uenit in ambiguum, quod in annum tertium & trigesimum generant, utpote q etiam post uigesimum mittantur ad sobolem reficiendam. Notatum etiam aduertimus Opuntem nomine equum ad gregariam uenerem durasse in annos quadraginta. Equarum libido extinguitur iubis tonsis. In quarum partu amoris nascitur ueneficium, Quod in frontibus præferunt recens editi, fuluo colore, caricis simile, ἱππομανὲς nominatum. Quod si præreptũ statim fuerit, nequaquam mater pullo ubera præbet uellitanda. Quo quis acrior fuerit speiq; maioris, eo profundius nares mersitat in bibẽdo. Mas ad bella nũquam producatur apud Scythas, eo quod fœminæ leuare uesicas etiam in fuga possint. Edunt equæ ex uẽtis conceptos, sed hi nunquam ultra triennium æuum trahunt.

Assyria, in ea de unguentorum origine, & de arbore medica. Caput XLVII.

Assyriorum initium Adiabene facit. In cuius parte Arbelitis regio est, quem locum uictoria Alexandri magni non si-

nit præteriri. Nam ibi copias Darei fudit, ipsumq;
subegit. Expugnatisq; eius castris, in reliquo appara-
tu Regis reperit Scrinium unguentis refertum, unde
primum romana luxuria fecit ingressum ad odores
peregrinos. Aliquantisper tamen uirtute ueterum ab
illa uitiorum illecebra defensi sumus, atq; adeo in cen
suram P. Crassi & Iulij Cæsaris, qui edixerunt an
no urbis conditæ quingentesimo & sexagesimo quin
to, nequis unguēta inueheret peregrina. Post modum
uicerunt nostra uitia, & Senatui adeo placuit odorū
delitia, ut ea etiam in penetralibus tenebris uteretur.
Sicut L. Plotium fratrem L. Plotij bis consulem pro
scriptum à triumuiris in Salernitana latebra unguē
ti odor prodidit. Hos terarum ductus excipit Medica,
cuius arbor inclaruit etiam carminibus Mantuanis.
Ingens ipsa, & cui tale fermè, quale Cydonijs foli
um est, tantum eo differt, quod aculeatum spinulen-
tis fastigijs hispidatur. Gestat malum inimicum uene
nis sapore aspero, & amaritudinis miræ. Odoris au
tem fragrantia plus, quàm iucundum, longeq; sensibi
le. Verum pomorum illius tanta ubertas inest, ut one
re prouentus semper grauetur. Nam protinus atq; po
ma eius ceciderint, maturitate alia protuberant. Eaq;
tantum est opimitati mora, ut fœtus decidant ante na
ti. Vsurpare sibi nemora ista optarunt & aliæ na-
tiones, per industriam tralati germinis, et inserti, sed
beneficium soli Mediæ datum natura resistente tera
alia non potuit mutuari.

De Portis Caspijs. Caput XLVIII.

Caspiæ portæ panduntur itinere manu= c facto, longo octo millibus passuum. Nam latitudo eius uix est plaustro permeabilis. In his angustijs etiam illud asperũ, quod præcisorum laterum saxa liquentibus inter se salis uenis, exundant humorẽ affluentissimum. Qui mox ui caloris constrictus uelut in glaciem coit. Ita labes inuia accessum negat. Præterea octo & uiginti millibus passuum tractus omnis quoq; inde pergitur, nullis puteis, uel fontibus, humo arida, sine præ= sidio sitit. Tunc serpentes undiq; gentium conuenæ à uerno statim die illuc confluunt. Ita periculi, ac difficultatis concordia ad Caspios nisi hyeme accessus negatur.

De Direo, & Margiana regione. Cap. XLIX.

Caspijs ad oriẽtem uersus locus est, qđ d Direum appellatur. Cuius ubertati nõ est, quod uspiã comparari queat. Quẽ locum circunsidunt Tapyri, Anariaci, et Hyrcani. Ei proximat Margiana regio inclyta cœli, ac soli commodis, adeo ut in toto illo latifundio uitibus sola gaudeat. In faciem theatralem montibus circunuenitur ambitu stadiorum mille quingentorum pene inaccessa ob incommodum arenosæ solitudinis, quæ per centum et uiginti millia passuum undiq; uersum circunfusa est. Regionis huius amœnitatem Alexander magnus usqueadeo miratus est, ut ibi primũ

Alexandream conderet. Quam mox à Barbaris excisam Antiochus Seleuci filius reformauit, & de nũcupatione domus suæ dixit Seleuceam. Cuius urbis circuitus diffunditur in stadia septuaginta quinq;. In hanc Orodes Romanos captos Crassiana clade deduxit. Et aliud in Caspijs Alexander oppidum excitarat, idq; Heraclea dictum dum manebat, sed hoc quoq; ab ijsdem euersum gentibus. Deinde ab Antiocho restitutum, ut ille maluit, Achais postmodum nominatum est.

Oxi amnis ortus, & eius accolæ. Finis itinerum Alexandri, Liberi patris, Herculis, Semiramidos, Cyri, Aliæq; conterminæ gentes, ubi etiam multa de Camelis exponuntur. Caput L.

OXus amnis oritur de lacu *Oxo, cuius oras Heniochi, Bateni, Oxystagæ accolunt, sed præcipuam partem Bactri tenent. Bactris præterea est proprius amnis Bactros. Vnde et oppidum, quod incolunt, Bactrum. Gentes huiusce, quæ pone sunt Paropamisi iugis ambiuntur, quæ aduersa Indis fontibus terminãtur. Reliqua includit Oxus flumen. Vltra hos Panda oppidum Sogdianorum, in quorum finibus Alexander magnus tertiam Alexandream condidit, ad contestandos itineris sui terminos. Hic enim locus est, in quo primum à Libero patre, post ab Hercule, deinde à Semiramide, postremo etiam à Cyro aræ sunt constitutæ. Quod proximum gloriæ omnes duxerunt, il

lo' usq; promouisse itineris sui metas. Vniuersi eius du ctus duntaxat ab illa terarum parte Iaxartes fluuius secat fines. Quem Iaxarten soli uocant Bactri. Nam Scythæ Silyn nominant. Hunc eundem esse Tanain exercitus Alexandri magni crediderunt. Verũ Dæmodamas dux Seleuci & Antiochi satis idoneus uero author transuectus amnem istum, titulos omnium supergressus est, aliumq; esse, quàm Tanain deprehendit, ob cuius gloriæ insigne, dedit nomini suo ut altaria ibi statueret Apollini Didymæo. Hoc est collimunium, in quo limes persicus Scythis iungitur, quos Scythas Persæ lingua sua Sacas dicunt, & inuicem Scythæ Persas Chorsaros nominant, montemq; Caucasum Graucason, idest niuibus candicantem. Densissima hic populorum frequentia, cum Parthis legem placiti ab exordio moris incorrupta custodit disciplina. E' quibus celeberrimi sunt Massagetæ, Essedones Ariacæ, & Assæi. Post quos immanissimus barbaris inter iacentibus de ritu aliarum nationum pene' inconstãter definitum aduertimus. Bactri Camelos fortissimos mittunt, licet Arabia plurimos gignat. Verũ hoc differunt, quod Arabici bina tubera in dorso habent, singula Bactriani. Nunquam pedes atterunt. Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis uestigia carnulenta. Vnde et contraria est labes ambulantibus, nullo fauente præsidio ad nisum insistendi. Habentur in duplex ministerium. Sunt alij oneri ferendo accommodati, alij ad pernicitatem leues. Sed nec illi ultra iustum pondera recipiunt, nec isti amplius, quàm solita spatia uolunt egredi. Geniture cupidine efferan-

tur, adeo ut sæuiant cum uenerem requirunt, oderunt equinum genus. Sitim etiam in quatriduum tolerant. Verũ cum occasio bibendi data est, tantum im plentur, quantum & satiet desyderia præterita, & in futurum diu prosit. Lutulentas aquas captant, puras refugiunt. Deniq; nisi cœnosior liquor fuerit, ipsi assidua conculcatione limũ excitant, ut turbetur. Durant in annos centum nisi forte tralati in peregrina, insolentia mutati aëris morbos trahant. Ad bella fœminæ præparantur. Inuentumq; est, ut desyderium eis coitionis quadam castratione execaretur. putant enim fieri ualidiores, si à coitibus arceantur.

De Seribus, & serico uellere. Caput LI.

q Va ab Scythico, & oceano, & mari Caspio, in oceanum eoum cursus in flectitur, ab exordio huiusce plagæ profundæ niues, mox longa deserta, post anthropophagi gens asperrima, dein spatio sæuissimis bestiis efferata fermè dimidiam itineris partem impenetrabilem reddiderunt. Quarum difficultatum terminum facit iugum mari imminens, quod Tabim Barbari dicunt, post quẽ lõginquæ adhuc solitudines. Sic intractu eius oræ, quæ spectat æstiuũ orientem, ultra inhumanos situs primos hominum Seres cognoscimus. Qui aquarum aspergine inundatis frondibus uellera arborum adminiculo depectunt, liquoris & lanuginis teneram subtilitatem humore domant ad obsequiũ. Hoc illud est sericum in usum pu

blicum damno seueritatis admissum, & quo ostentare potius corpora, quàm uestire, primo fœminis, nūc etiam uiris persuasit luxuriæ libido. Seres ipsi quidē mites & inter se quietissimi. Aliâs reliquorum mortalium cœtus refugiunt, adeo ut cæterarum gentium cōmertia abnuant. Primum eorum fluuium mercatores ipsi transeunt, in cuius ripis nullo inter partes linguæ commertio, sed depositarum rerum pretia oculis æstimantes sua tradunt, nostra non emunt.

De Attacis. Caput LII.

s Equitur Attacenus sinus & gens Attacorum, quibus tēperies prærogatiua mirram aëri clemētiā subministrant. Arcent sanè afflatum noxium colles qui salubri apricitate undiq; secus obiecti prohibent auras pestilentes. Atq; ideo, ut Amometus affirmat, par illis & hyperboreis genus uitæ est. Inter hos & Indiam gnarissimi Cyconas locarunt.

India, et omnia, quæ ad eam pertinere possint. Caput LIII.

à Medis montibus auspicatur India, à meridiano mari porrecta ad eoum, et à septētrione usq; ad montem caucasum.

Tera adeo fauonij spiritu saluberrima, bis in anno æstatē habet. bis legit fruges, uice hyemis etesiis potitur auris. Hác Possidonius aduersam Galliæ statuit, sanè nec quicquam ex ea dubiū. Ná Ale

xandri magni armis comperta, & aliorum postmodum regum diligentia pagrata penitus cognitioni nostræ addita est. Magasthenes sane apud indicos reges aliquantisper commoratus, res indicas scripsit, ut fidē, quam oculis subiecerat, memoriæ daret. Dionysius quoq; qui & ipse à Philadelpho rege spectator missus est gratia periclitandæ ueritatis paria prodidit. Tradunt ergo in India fuisse quinq; millia oppidorum, præcipua capacitate, populorum nouē millium. Diu etiam credita est tertia pars esse terarum. Nec mirum sit, uel de hominum, uel de urbium copia, cum soli Indi nūquam à natali solo recesserint. Indiam Liber pater primus ingressus est, utpote q Indis subactis primus omnium triumphauit. Ab hoc ad Alexandrum magnum numerantur sex millia quadringenti quinquaginta unus, additis eo amplius tribus mensibus, habita per reges computatione, qui centumquinquagintatres tenuisse medium æuum deprehenduntur. Maximi in ea amnes Ganges, & Indus. Quorum Gāgen quidam fontibus incertis nasci, & Nili modo exundare perhibent. Alij uolunt à Scythicis montibus exoriri. Hyspasis etiam nobilissimus ibi fluuius, qui Alexandri magni iter terminauit, sicuti aræ in ripa eius positæ probant. Minima Gangis latitudo per. VIII. milla passuum, maxima per. XX. patet, altitudo ubi uadosissimus est mensuram centum pedum deuorat. Gangarides extimus est Indiæ populus. Cuius rex equites mille elephantos septingentos, peditum sexaginta millia in apparatu belli habet. Indorum quidam agros exercent militiam plurimi, merces alij, optimi,

ditissimiq; remp. curant reddunt iudicia, assident regibus. Quietum ibi eminentissimæ sapientiæ genus est. Vitæ repletos incensis rogis mortem arcessere. Qui uero ferociori sectæ se dediderunt, et syluestrem agũt uitam, elephantos uenãtur. Quibus ꝑdomitis ad mã suetudinẽ, aut arant, aut uehũt. In Gange insula est populosissimã et amplissimã continens gẽtem. Quorũ rex peditum qnquaginta millia, equum quatuor millia in armis habet. Oẽs sanè qcunq; præditi sunt regi potestate, non sine maximo elephantorũ equitum, pedi tumq; numero militarem agitant disciplinam. Prasia gens ualidissima Palibotram urbem incolunt. Vnde quidam gentem ipsam Palibotras nominarunt. Quorum rex sexcentena millia peditum, equitum triginta millia, elephantorum octo millia omnibus diebus ad stipendium uocat. Vltra Palibotram mons Maleus, in quo umbræ hyeme in septentrione, æstate in austro cadunt, uicissitudine hac durante senis mensibus. Septentriones in eo tractu, in anno semel nec ultra qn decim dies apparent, sicut author est Betho, qui perhi bet hoc in plurimis Indiæ locis inueniri. Indo proxi mantes flumini uersa ad meridiem plagæ ultra alios torrẽtur calore. Deniq; uim syderis prodit hominum color. Montana Pigmæi tenent. At ij, quibus est uici nus oceanus, sine regibus degunt. Pandea gens à fœmi nis regitur. Cui reginam primam assignant Herculis filiam. Et Nysa urbs regioni isti datur. Mons etiam Io ui sacer, Meros nomine, in cuius specu nutritum Libe rum patrem ueteres Indi affirmant, ex cuius uocabuli argumento lasciuienti famæ creditur Liberũ pa-

trem Fœminæ natum. Extra Indiæ hostium sunt insulæ duæ, Chryse & Argyre, adeo fœcundæ copia metallorum, ut pleriq; eas aurea sola prodiderint, et argentea habere. Indis omnibus promissa cæsaries nō sine fuco cœrulei, aut crocei coloris. Cultus præcipuus in gemmis. Nullus funerum apparatus. Præterea, ut Iubæ, & Archelai regum libris editum est, in quantum mores populorum dissonant, habitus quoq; discrepantissimus est. Alij lineis, Alij laneis peplis uestiuntur, pars nudi, pars obscœna tantum amiculati, plurimi & flexibus libris circundati. Quidam populi adeo proceri, ut elephantos uelut equos facillima insultatione transiliant, plurimis placet neq; animal occidere, neq; uesci carnibus. pleriq; tantum piscibus aluntur, & è mari uiuunt. Sunt ꝗ proximos, parentesq́; prius, quàm annis aut ægritudine in maciem eant, ante uelut hostias cædunt. Deinde peremptorum uiscera epulas habent, quod ibi non sceleris, sed pietatis loco numerāt. Sunt qui cum incubuere morbi, procul à cæteris in secreta abeunt, nihil anxie mortem expectantes. Astacanorum gens laureis uiret syluis, lucis buxeis. Vitium uero, & arborum uniuersarum, quibus gratia dulcis est, prouentibus copiosa. Philosophos habent Indi, Gymnosophistas uocant, qui ab exortu adusq; solis occasum contentis oculis orbem candentissimi syderis intuentur. In globo igneo rimantes secreta quædam, arenisq́; feruentibus perpetem diem alternis pedibus insistunt. Ad montem qui Milo dicitur, habitant, quibus auersæ plātæ sunt, & octoni in plantis singulis digiti. Megasthenes per

diuersos Indiæ montes esse scribit, nationes capitibus caninis, armatas unguibus, amictas uestitu tergorum, Ad sermonem humanum nulla uoce, sed latratibus tantum sonantes asperis rictibus. Apud Ctesiam legitur quasdam fœminas ibi semel parere, natosq; canos ilico fieri. Esse rursum gentem alteram, quæ in iuuenta sit cana, nigrescat in senectute, ultra æui nostri terminos permanẽtem. Legimus monoculos quoq; ibi nasci singulis cruribus, & singulari pernicitate. Qui ubi defendi se uelint à calore resupinati, plantarum suarum magnitudine inumbrentur. Gangis fontem qui accolunt nullius ad escam opis indigent. Odore uiuunt pomorum syluestrium. longiusq; per gentes eadem illa in præsidio gerunt, ut olfatu alantur, quod si tetriorem spiritum forte traxerint, exanimari eos certum est. Perhibent esse & gentem fœminarũ, quæ quinquẽnes concipiunt, sed ultra octauum annum uiuendi spatia non protrahunt. Sunt qui ceruibus carent, & in humeris habent oculos. Sunt qui syluestres hirti corpora, caninis dentibus, stridore terrifico. Apud eos uero, quibus ad uiuẽdi rationem propensior cura est, multæ uxores in eiusdem uiri coëunt matrimonium, & cum maritus decesserit apud grauissimos iudices suam quæq; de meritis agunt causam, & quæ officiosior cæteris sententia uicerit iudicantiũ, hoc palmæ refert præmium, ut arbitratu suo ascendat rogum coniugis & supremis eius semetipsam det inferias. Cæteræ nota uiuunt. Enormitas in serpentibus tanta est, ut ceruos & animantium alia ad parem molem tota hauriant. Quin etiam oceanum indicum,

quantus est penetrent. Insulasq; magno spatio à continēti seperatas, pabulādi petant gratia. Idq; ipsum palàm est non qualibet magnitudine euenire, ut per tantam Sali latitudinem ad loca permeent destinata. Sunt illic multæ, ac mirabiles bestiæ, quarum è multitudine & copia partem persequemur. Leucrocota uelocitate præcedit feras uniuersas. Ipsa asini magnidine, cerui clunibus, pectore, ac cruribus leoninis, capite camelino, Bisulca ungula, ore ad usq; aures dehiscente, dētiū locis osse perpetuo. Hæc quidē ad formam. Voce autem loquentium hominum sonos æmulantur. Est & Eale aliâs ut equus, cauda uero elephāti, nigro colore, maxillis aprinis, præferens cornua ultra cubitalem modum, longa ad obsequium, cuius uelit motus accommodata. Neq; enim rigent, sed deflectuntur ut usus exigit præliandi. Quorum alterum cum pugnat protendit, alterum replicat, ut si ictu aliquo alterius acumen fuerit obtusum, acies succedat alterius. Hippopotamis comparatur. Et ipsa sanè aquis fluminum gaudet. Indicis tauris color fuluus est. Volucris pernicitas, pilus in contrarium uersus, hiatus omne quod caput. Hi quoq; circunferunt cornua flexibilitate, qua malint, tergi duritia omne telū respuūt, et tam immiti ferocitate, ut capti animas proijciant furore. Manticora quoq; nomine inter hæc nascitur, triplici dentium ordine, coëunte uicibus alternis, facie hominis, glaucis oculis, sanguineo colore, corpore leonino, cauda ueluti scorpionis aculeo spiculata. Voce tam sibila, ut imitetur fistularum modulos, tubarumq; concentum, humanas carnes auidissime

affectat, pedibus sic uiget, saltu sic potest, ut morari eam nec extentissima spatia possint, nec obstacula latissima. Sunt præterea boues unicornes, & tricornes, solidis ungulis, nec bifidis. Sed atrocissimum est Monoceros monstrum mugitu horrido, equino corpore, elephanti pedibus, cauda suilla, capite ceruino. Cornu è media eius fronte protenditur, splendore mirifico, ad lõgitudinem pedũ quatuor. Ita acutum ut quicquid impetat, facile ictu eius perforetur, uiuus non uenit in hominum potestatem, et interimi quidem potest, capi nõ põt. Aquæ etiam gignunt miracula non minora. Anguillas ad tricenos pedes longas educat Ganges, quẽ Statius Sebosus ĩter præcipua miracula ait uermibus abũdare, cœruleis nomine, et colore. Hi bina habent brachia, longitudinis cubitorum non minus senum, adeo robustis uiribus, ut elephãtos ad potum uẽtitantes, mordicus comprehensos ipsorum manu rapiant in profundum. Indica maria Balænas habent, ultra spatia quatuor iugerum. Sunt & quos Physeteras nuncupant, qui enormes ultra molem, ingentium columnarum super antemnas se nauium extollant, haustosq; fistulis fluctus ita eructant ut nimbosa alluuie plerunq; deprimant alueos nauigantium. Sola India mittit Psittacũ auẽ colore uiridi, torque puniceo, cuius rostri tanta duritia est, ut cum è sublimi præcipitatur in saxũ, nisu se oris excipiat, et quodã quasi præsidio utatur extraordinariæ firmitatis. Caput uero tam ualẽs, ut siquando ad discendũ plagis sit admonẽdus (nã studet ut quid homines alloquantur) ferrea clauicula sit uerberandus, dum pullus est, atq; adeo intra al

terum ætatis,

terum ætatis ſuæ annum, quæ monſtrata ſunt, & citius diſcit, & tenacius retinet. Maior paulo ſegnior eſt, & obliuioſus & indocilis. Inter nobiles & plebeios diſcretionem digitorũ facit numerus. Qui præſtant, quinos in pede habent digitos, cæteri ternos, lingua lata, multoq; latior, quàm cæteris auibus. Vnde perficitur ut articulata uerba penitus eloquatur.
Quod ingenium ita Romanæ delitiæ miratæ ſunt, ut Barbari Pſittacos mercem fecerint. Indorum nemora in tam procerã ſublimantur excelſitatem, ut trãsiaci ne ſagittis quidem poſſunt. Pomaria quidem ficus habent, quarum caudices in orbem ſpatio ſexaginta paſſuum extuberantur. Ramorum umbræ ambitu bina ſtadia conſumunt, foliorum latitudo formæ amazonicæ peltæ comparatur, Pomum eximiæ ſuauitatis. Quæ paluſtria ſunt, arundinẽ creant ita craſſam, ut fiſſis internodijs lembi uicæ uectitet nauigantes, è radicibus eius exprimitur humor dulcis ad melleam ſuauitatem. Tylos Indiæ inſula, & ea fert palmas, oleas creat. Vineis abundat. Teras omnes hoc miraculo ſola uincit, quod quæcunq; in ea arbos naſcitur, nunquam caret folio. Mons Caucaſus inde incipit, qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat. Idem fronte, qua ſoli conuerſus eſt, arbores piperis oſtentat, quæ ad iuniperi ſimilitudinem diuerſos fructus edere aſſeuerantur. Eorum qui primus erumpit, uelut corilorum fimbria, dicitur piper longum.
Quod incorruptum eſt, piper album. Quorum cutem rugoſam, et torridam calor fecerit, piper nigrũ. Qui demum caducus torretur feruido ſole, uocamen trahit

de colore. At quod ex ipsa arbore stringitur, ut est, album piper dicitur. Sed ut piper sola India, ita & Hebenum sola mittit, nec tamen uniuersa, uerum exigua sua parte syluis hoc genus edit. Arbor est plerūq; tenuis & frequentior. Vimine raro in crassitudinē caudicis extuberata, hiulco cortice, & admodum reticulato, dehiscentibus uenis, adeo ut per ipsos sinus pars intima uix tenui libro contegatur. Lignum omne mediale eadem fermè & facie & nitore, qui est in lapide gagate. Indi reges ex eo sceptrum sumunt, & quascunq; Deorum imagines non nisi ex hebeno habent. Iidem ferunt materia ista liquorem non contineri noxium. Et quicquid maleficum fuerit tactu eius auerti. Hac gratia pocula ex hebeno habent. Ita nihil mirum si peregre sit in pretio, quo etiam ipsi, quibus prouenit honorantur. Hebenum ex India Romae Mithridatico triumpho primum magnus Pōpeius exhibuit. Mittit India & Calamos odoratos, potenteis aduersum intestinae aegritudinis incommoda. Dat et multa alia fragrantia mirifici spiritus suauitate grata. Indicorū lapidum in Adamantibus dignitas prima, utpote qui lymphationes abigant. Venenis resistant, pauitantium uanos metus pellant, haec primū de his praedicari oportuit, q̄ respicere ad utilitatem uidebamus. Nunc reddemus quot Adamantum sint species, & quis color, quiq; eximius. In quodam Crystalli genere inuenitur materia, in qua nascitur ad aquae similis splendorem liquidissimum in mucronem sexāgulum, utrinq; secus leuiter turbinatus, nec unquam ultra magnitudinem nuclei auellanae repertus. Huic

proximus in excellentissimo auro deprehenditur pallidior, ac magis ad argenti colorem renitens. Tertius in uenis Cypri apparet propior ad æream faciem, & plurimum ualet in medicamine, qui Siderites appellatur. Quartus in metallis ferrarijs legitur, pondere cæteros antecedens, non tamen & potestate. Nam et hic, & qui in Cypro deprehenduntur frangi queunt, pleriq; etiam adamante altero perforantur. At illi, quos primos diximus, nec ferro uincuntur, nec igni domantur. Veruntamen si diu sanguine hirano macerentur, non aliter, quàm si calido uel recenti, uel malleis aliquot ante fractis, & incudibus dissipatis, aliquando cedunt, atq; in particulas dissiliunt. Quæ fragmenta scalptoribus in usum insigniendæ cuiuscunq; modi gemmæ expetuntur. Inter adamantem & magnetē est quædam naturæ occulta dissensio, adeo ut iuxta positus non sinat magnetem rapere ferrum. Vel si admotus magnes ferrum traxerit, quasi prædā quandam quicquid magneti hæserit adamas rapiat, atq; auferat. Lychniten deinde fert India, cuius lucis uigorem flagrans ardor excitat lucernarum. Qua ex causa λυχνίτην græci uocarunt. Duplex ei facies, aut in purpuream emicat claritatem, aut meracius suffunditur cocci rubore per omne intimum sui. Siquidem pura sit inoffensam admittit perspicuitatem, at si excandvit radijs solis incita, uel ad calorem digitorum attritu excitata est, aut palearum cassa, aut chartarum folia ad se rapit, contumaciter scalpturis resistens. Ac siquando insignita est, dum signa exprimit, quasi quodam animalis morsu partem ceræ retentat. Beryllos

in sexangulas formas Indi atterunt, ut hebetem colo ris leuitate angulorum repercussu excitent ad uigorē. Beryllorum genus diuiditur in speciem multifariā. Eximij interueniente glauci et cœruli temperamento, quandam præferunt maris gratiam. Infra hos sunt Chrysoberylli, qui lāguidius micantes aurea nube cir cunfunduntur. Chrysoprasos quoq; ex auro, & porraceo mistam lucem trahentes, æque beryllorum gene ri adiudicarunt. Hyacinthizontas scilicet qui hyacin thos propè referant & ipsos probant. Eos uero, qui Crystallo similes capillamentis intercurrētibus obscu rantur. (hoc enim uitio illorum nomen est) scientissi mi lapidum plebi dederant. Indici reges hoc genus gemmarum in longissimos cylindros amant fingere, eosq; perforatos elephantorum setis subligantes moni lia habent, aut plerunq; ex utraq; capite insertis au reis umbilicis, ut marcentem faciem ad nitelam incen dant pinguiorem, quo per industriam metallo hinc in de addito fulgentiorem trahant lucem.

De Taprobane insula. Cap. LIIII.

Aprobanen insulam ante quàm teme ritas humana exquisito penitus mari fi dem panderet, diu orbem alterum puta runt, & quidem eum, quem habitare Antichthones crederentur. Verum Alexandri magni uirtus ignorantiam publici erroris non tulit ulterius permanere. Sed in hæc usq; secreta propagauit nomi nis sui gloriam. Missus igitur Onesicritus præfectus

classis Macedonicæ, teram istam quanta esset, quid gigneret, quomodo haberetur exploratam notitiæ nostræ dedit. Patet in longitudinem stadiorum septem milliũ. In latitudinem quinq; milliũ. Scinditur amne interfluo. Nam pars eius bestijs, & Elephantis repleta est, maioribus multo, quàm quos fert India, partẽ homines tenent. Margaritis scatet, & gemmis omnibus. Sita est inter ortum, & occasum, ab eo, mari incipit prætenta Indiæ à Prasiana Indorum gente. Dierum uiginti primo in eam fuit cursus, sed cum papyraceis et Nili nauibus illò peregretur. Mox cursu nauium nostrarum septem dierum iter factum est. Mare undosum interiacet altitudinis non amplius senum passuum. Certis autem canalibus adeo altum, ut nullæ unquam ancoræ ad profunda illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigando syderum obseruatio, utpote ubi septentriones nequaquam conspiciuntur. Vergiliæ nunquam apparent. Lunam ab octaua in sextam decimam tantum supra teram uident. Lucet ibi Canopos, sydus clarũ, & amplissimum. Solem orientem dextra habent, occidentem sinistra. Obseruatione itaq; nauigandi nulla suppetente, per quam ad destinata pergentes, locum capiant, uehunt alites, quarum meatus teram petentiũ regendi cursus magistros habent. Quaternis non amplius in anno mensibus nauigatur. In Claudij principatum de Taprobane hæc tantum uoueramus. Tunc enim fortuna patefecit scientiæ uiam latiorem. Nam libertus Annici Plocamij, qui tunc rubri maris uectigal administrabat, Arabiam petens, Aquilonibus præ

ter Carmaniam raptus, quinto decimo demum die appulsus est ad hoc litus, portumq; inuectus, qui Hipporus nominatur, Septem deinde mensibus sermonem p doctus, admissus est ad colloquia regis. Quae compererat reportauit. Stupuisse scilicet regem pecunia, quae scalpta erat cum ipso, quod tametsi signata disparibus foret uultibus, parem tamen haberet modum põderis. Cuius aequalitatis contemplatione cum Romanam amicitiam flagrantius concupisset, Rhachia principe legatos adusq; nos misit, à qbus cognita sunt uniuersa. Ergo iidem homines corporum magnitudine alios omnes antecedũt. crines fuco imbuunt, coeruleis oculis, truci uisu, terrifico sono uocis, qbus immatura mors est, in annos centum aeuum trahunt. Alijs omnibus annosa aetas, et penè ultra humanam extenta fragilitatem. Nullus aut per diem, aut ante dies somnus. Noctis partem quieti destinant. Lucis ortum uigilia anteuertunt. Aedificia modicae ab humo tollunt. Annona semper eodem tenore est. Vites nesciunt, pomis abundant. Colunt Herculem. In regis electione non nobilitas praeualet, sed suffragium uniuersorum. Populus enim eligit spectatum moribus et inueteratae clementiae, & iam annis grauem. Sed hoc in eo quaeritur, cui liberi nulli sint. Nã qui pater fuerit, etiam si uita spectatus est, non admittitur ad regẽdum. Ac si forte dum regnat, pignus sustulit, exuĩtur potestate. Idq; eo maxime custoditur, ne fiat haereditarium regnum. Deinde etiam si res maximam praeferat aequitatem, nolunt ei totum licere. Quadraginta ergo rectores accipit, ne in causis capitum solus

iudicet. Et sic quoq; si displicuerit, iudicatum ad populum prouocatur. A quo datis iudicibus septuaginta fertur sententia, cui necessario acquiescitur. Cultu rex dissimili à cæteris. Vestitur syrmate, ut est habitus, quo Liberum patrem amiciri uidemus, quod si etiam ipso aliquo peccato argutus sit, ac reuictus, morte multatur. Non tamen ut cuiusq; attrectetur manu, sed consensu publico rerum omnium interdicta ei facultate, etiam colloqui potestas punito denegatur. Culturæ student uniuersi. Interdum uenatibus indulgent, nec plebeias agunt prædas. Quippe cum tigrides, aut elephanti tantum requirantur. Maria quoq; piscatione inquietant, marinasq; testudines capere gaudent, quarum tanta est magnitudo, ut superficies earum domũ faciat, & numerosam familiam non arcte receptet. Maior pars insulæ huius calore ambusta est, & in uastas desinit solitudines. Latus eius mare alluit peruiridi calore fruticosum, ita ut iubæ arborum plerunq; gubernaculis atterantur. Cernunt latus Sericum de montium suorum iugis. Mirantur aurum, et ad gratiam poculorum omnium gemmarum adhibent apparatum. Secant marmora testudinea uarietate. Margaritas legunt plurimas, maximasq;. Conchæ sunt, in quibus hoc genus lapidum requiritur. Quæ certo anni tempore luxuriante conceptu sitiunt rorem uelut maritum, cuius desyderio hiant. Et cum maxime lunares liquefiunt aspergines oscitatione quadam hauriunt humorẽ cupitum. Sic concipiunt, grauidæq; fiunt, ac de saginæ qualitate reddunt habitus unionũ. Nam si purum fuerit, quod acceperint, candicant or-

biculi lapillorũ. Si turbidum aut pallore languescunt, aut rufo innubilantur, ita magis de cœlo, q̃ de mari partus habẽt. Deniq; quoties excipiunt matutini aëris semen, fit clarius margaritum. Quoties uespere, fit obscurius. Quantóq; magis hauserit, tanto magis proficit lapidum magnitudo. Si repente micauerit corruscatio, intẽpestiuo metu, cõprimuutur, clausǽq; subita formidine uitia contrahunt abortiua. Aut enim perparuuli fiunt scrupuli, aut inanes. Conchis ipsis inest sensus, partus suos maculare timent. Cũq; flagrãtioribus radijs excãduerit dies, ne fuscentur lapides, solis calore subsidunt, & se profundis ingurgitant, ut ab æstu uindicentur. Huic tamen prouidentiæ ætas opitulatur. Nam candor senecta disperit, & grandescentibus conchis flauescunt margaritæ. Lapis iste in aqua mollis est unio, duratur euisceratus. Nunquam duo simul reperiuntur, Vnde unionibus nomen datum. Vltra semunciales inuentos negant. Piscantium insidias timent conchæ. Inde est, ut aut inter scopulos, aut inter marinos canes plurimũ delitescant. Gregatim natant. Certus examini dux est illa si captus sit, etiã quæ euaserint in plagas reuertuntur. Dat & India margaritas. Dat & litus Britanicum, sicut diuus Iulius thoracem, quem Veneri genetrici in templo eius dicauit. E` britanicis margaritis factum subiecta inscriptione testatus est. Loliam Paulinam Caij principis coniugem, uulgatum est habuisse tunicam ex margaritis HS tunc quadringenties æstimatam. Cuius parandæ auaritiæ pater ipsius Manlius spoliatis orientis regionibus offendit C. Cæsarem Augusti filiũ, interdictáq; ami-

citia principis ueneno interijt. Illud quoq; expressit uetus diligentia, quod Sullanis primum tẽporibus Romam illati sunt uniones.

Itinerarium Indicum Caput. LV.

a B Insula Ausea consequens est ad continentem. Igitur à Taprobane Indiam reuertamur. Conuenit enim res Indicas uidere. Sed si indicis urbibus, aut nationibus insistamus, egrediemur propositæ cõcinitatis modum. Proximam Indo flumini urbem habuere Capissam, quam Cyrus diruit. Arachosiam *Erimanto amni appositam Semiramis condidit. Cadrusia oppidũ ab Alexandro magno ad Caucasum constitutum est, ubi et Alexãdrea, quæ patet amplius stadia triginta. multa & alia sunt, sed hæc cum eminentissimis. Post Indos montanas regiones Ichthyophagi tenent, quos subactos Alexãder magnus in reliquo abstinere iussit à piscibus. Nam antea sic alebantur. Vltra hos deserta Carmaniæ, Persis deinde, atq; ita nauigatio, in qua solis insula rubens semper, & omni animantium generi innacessa. Quippe quæ nullum non animal illatum necet. Ex India reuerentes ab Hytani Carmaniæ fluento septentriones primum uident. Achemenidis in hac plaga sedes fuerũt. Inter Carmaniæ promõtorium, et Arabiam quinquaginta millia passuum interiacent, deinde tres insulæ, circa quas hydri marini egrediuntur, uicenum cubitum longitudine. Dicendũ hoc loco quatenus ab Alexãdria Aegypti pergatur in

Indiam. Nilo uehēte Copton usq; Etesiis flantibus cur sus est. Deinde terestre iter Hydreum tenus post transactis aliquot mansionibus Berenicen peruenitur, ubi rubri maris portus est. Inde Ocelis Arabiæ portus tangitur. Proximum Indiæ emporium excipit, & Muzitum infame Piraticis factionibus. Deinde per diuersos portus Cottonaræ succeditur, ad quam Monoxylis lintribus piper conuehunt. Petentes Indiam ante exortum canis, aut protinus post exortum nauigia media æstate soluunt. Reuertentes nauigant Decembri mense. Secundus ex India uentus est Vulturnus. At cum uentum est in rubrum mare aut Africus, aut Auster uehunt. Spatium in die decies septies centena & quinquaginta millia passuum proditur. At Carmaniæ centum millia, cuius pars non caret uitibus. Præterea habent genus hominum qui non alia quàm testudinis carne uiuunt. Hirsuti comā faciæ tenus, quæ sola lenis est. Iidem corijs piscium ue uestiuntur Chelonophagi cognominati.

Sinus persicus, & arabicus. Caput. LVI.

Irrumpit hæc litora rubrum mare, idq; in duos sinus scinditur. Quorum qui ab oriente est, persicus appellatur, quā doquidē oram illā habitauere Persidis populi uicies et sexagies centena millia passuum circuiti patens. Ex aduerso unde Arabia est, alter Arabicus uocatur. Oceanum uero, qui ibi influit, Azanium nominarunt. Carmaniæ Persis adnectitur, quæ in

cipit ab insula Aphrodisia uariarum opū diues. tralata quondam in parthicum nomen, litore quo occasui subiacet porrecta in millia pasuum quiquaginta. Oppidum eius nobilissimum Susa, in quo templū Susiæ Dianæ. A' Susis Babytace oppidum centumtrigintaquinq; millibus passuum distat, in quo mortales uniuersi odio auri coëmunt hoc genus metalli, & ab ijciunt in terarum profunda, ne polluti usu eius auaritia corrumpant æquitatem. Hic inconstantissimus terarū modus, nec imerito, cum aliæ circa Persida nationes scœnis, aliæ parasangis aliæ incomparata disciplina teras metiantur, et in certam fidem faciat mēsuræ ratio discors.

De Parthia & Cyri sepulcro Cap. LVII.

Parthia quanta omnis est a' meridie rubrum mare, a' septentrione Salum concludit Hyrcanum. Regna in ea duodeuiginti dissecantur i duas parteis, undecim quæ dicuntur superiora, incipiunt ab armenio litore, & caspio litore porrecta ad teras Scytharū, quibus concorditer degunt. Reliqua septem inferiora (Sic enim uocitant) habent ab ortu Arios, *Arianosq; Carmaniam a' die medio, Medos ab occidui solis plaga, a' sepiētrione Hyrcanos. Ipsa autem Media ab occasu transuersa utraq; Parthiæ regna amplectitur. A' septentrione Armenia circundata. Ab ortu Caspios uidet, a' meridie Persidē. deinde tractus hic procedit usq; ad castellum, quod Magi obtinent Passargada noie. Hic Cyri sepulcrū.

De Babylone & Maris Atlantici Insulis, quæ Borgones & fortunatæ dicuntur. Cap. LVIII.

Haldææ gentis caput Babylon est, à Semiramide condita tam nobilis, ut propter eam et Assyrij et Mesopotamij in Babyloniæ nomen transierint. Vrbs est sexaginta millia passuum circuitu patens. Muris circundata, quorũ altitudo ducentos pedes detinet, latitudo L. ternis in singulos pedes digitis ultra, quàm mẽsura nostra est altioribus. Amne interluitur Euphrate. Beli ibi Iouis templum. Quem inuentorem cœlestis disciplinæ tradidit etiam ipsa religio, quæ Deum credit. In æmulationẽ huius urbis Ctesiphontẽ Parthi condiderunt, Tempus est ad oceani oras reuerti, represso in Aethiopiã stylo. Nanq; ut Atlanticos æstus ocidere ab ocidente & Hispania dudum dixeramus, ab his quoq; partibus mundi, unde primum Atlantici nomen induant exprimi par est. Pelagus Azanium usq; ad Aethiopũ litora promouetur. Aethiopicum ad Massilicum promontorium, unde rursus oceanus atlãticus. Iuga igitur uniuersæ partis quamplurimi propter solis ardorem peruiam negarunt. Facta etiam uel gentium, uel insularum commemoratione ad confirmandæ fidei argumentum omne illud mare ab India adusq; Gades uolunt intellegi nauigabile, Cori tamen flatibus, cuius spiritus præter Arabiã, Aegyptũ, Mauritaniam euehere quamuis queant classem, dummodo ab eo promõtorio Indiæ cursus dirigatur, quod alij Lepten Acram, alij Drepanum nominarunt. Ad

didit etiã stationũ loca, & spatiorũ modũ. Nã ab Indica promunentia ad Malachon insulam affirmant esse quindecies centena millia passuum. Malacho ad Sceneon ducentauigintiquinq; millia, inde ad insulam Sadanum centumquinquaginta millia. Sic conficies ad apertum mare decies octies centena & septuaginta millia. Idẽ opinione plurimorum qui ob solis flagrãtiam maximam partis istius regionem ferunt humano generi inaccessam sic reluctatur, ut mercantium ibi transitus infestari ex arabis insulis dicant, quas Ascitæ habent, Arabes quibus è re nata datum nomen est. Nam bubulis utribus contabulatas crates superponunt, uectitatiq; hoc ratis genere prætereuntes impetunt sagittis uenenatis. Habitari etiã abdita Aethiopiæ adusta Troglodytarum et Ichthyophagorum nationibus. Quorum Troglodytæ tanta pernicitate pollent, ut feras quas agitant, cursu pedum assequantur. Ichthyophagi non secus, quàm marinæ belluæ nando in mari ualent. Ita exquisito Athlantico mari usq; in occasum etiam meminit insularũ. Gorgones insulæ, ut accepimus, obuersæ sunt promontorio, quod uocamus Hesperionceras. Has incoluerunt Gorgones monstra, & sanè usq; adhuc monstrosa gens habitat. Distant à continenti bidui nauigatione, prodidit deniq; Xenophon Lapsacenus Hannonem Pœnorũ regem in eas permeasse. Repertasq; ibi fœminas aliti pernicitate, atq; ex omnibus, quæ apparuerant duas captas tam hirto, atq; aspero corpore, ut ad argumentũ spectandæ rei duarũ cutes miraculi gratia iter donaria Iunoni suspenderit, quæ durauerunt usq; in tem

pora excidij Carthaginiensis. Vltra Gorgonas Hesperidum insulæ, sicut Sebosus affirmat, dierum quadraginta nauigatione in intimos maris sinus recesserunt. Fortunatas insulas contra læuam Mauritaniæ tradũt iacere. Quas Iuba sub meridie quidem sitas, sed proximas occasui dicit. De harum nominibus exspectari magnum mirũ reor, sed infra famam uocabuli res est. In prima earum, cui nomẽ est Ombrion, ædificia nec sunt, nec fuerunt. Iuga montium stagnis madescunt, ferulæ ibi surgunt ad arboris magnitudinem. Earum, quæ nigræ sunt, expressæ liquorem reddunt amarissimum. Quæ candidæ, succos reuomunt etiam potui accommodatos. Alteram insulam Iunoniam appellari ferunt, in ea pauxillæ ædes humiliter ad culmen fastigatæ. Tertia huic proximat eodem nomine, nuda omnia. Quarto loco Caprarie appellatur, enormibus lacertis plus q̃ referta. Sequitur niuaria aëre nebuloso, & coacto, ac propterea semper niualis. Deinde Canaria, plena canibus, forma etiam eminentissimus, inde etiam duo exhibiti Iubæ regi, in ea ædificiorum durãt uestigia. Auium magna copia, nemora pomifera, palmeta cariotas ferentia, multa nux pinea, larga mella. Amnes salubres piscibus abũdantes. Perhibent etiam exspui in eum undoso mari belluas. Deinde cum monstra illa putredine tabefacta sunt oĩa, illinc infici odore tetro. ideoq; non penitus ad nuncupationem suam congruere insularum qualitatem.

Finis Polyhistoris Iulij Solini.

ITINERARIVM PROVINCIARVM ANTONINI AVGVSTI

PROVINCIAE AFRICAE.

Atingi Mauritaniæ idest. Vbi Baccauates barbari Morantur per maritima loca Carthaginem usq;.
Ab exploratione quod Mercurius dicitur, tingi usq;, millia plus minus. CLXXIIII.
Rusader Millia passuum CCCXXIX.
Cæsareæ mauritaniæ. M.P.CCCCXXIII.
Saldis M.P.CCXVIII.
Rusiccadæ M.P.CCXVII.
Hippone Regio M.P.CXV.
Carthagini M.P.CXCIII.

MANSIONIS, HIS

A' Mercurius M.P.CLXXIIII.
Salaconа M.P.XVI.
Thamusida M.P.XXXII.
Banasa M.P.XXXII.
Frigidis M.P.XXXIIII.
Lunxo' M.P.XVI.
Tabernis M.P.XVI.
Zili M.P.XIIII.
Ad Mercurios M.P.VI.
Tingi Colonia M.P.XVIII.

A TINGITORIBVS *nauigatur usq; ad portus diuinos ad septem fratres* M.P.LX.
Ad Abillem M.P.XXIIII.
Ad Aquilam minorem M.P.XXIIII.
Ad Aquilam maiorem M.P.XXIIII.
Ad Promontorium barbari M.P.XV.
Iema longa M.P.XXIIII.
Cobucla M.P.XXIIII.
Parictina M.P.XXIIII.
Promontorium M.P.XXV.
Ad sex insulas M.P.XII.
Promontorio Cannar M.P.XXX.
Promontorio Russaddi M.P.L.
Rusadder Conalia M.P.XV
Ad treis insulas M.P.LXV.
Flumen Malua M.P.XII.

FLVMEN MALVA
dirimit mauritanicas duces.

INCIPIT CAESARIENSIS.

Lemennis M.P.XXII.
Poleto flumen M.P.XXX.
Ad fratres M.P.VI.
Artisica M.P.XXV.
Portu Caecili M.P.XII.
Siga Municipium M.P.XV.
Portus Sigensis M.P.III.
Camarata M.P.XII.
Ad Salum flumen M.P.XV.

Ad Criſpas M·P·XXV·
Gilua Colonia M·P·VI·
Caſtra puerum M·P·XXVI·
Portus Diuinus M·P·XVIII·
Portus Magnus M·P·XXXVI·
Quiza municipium M·P·XL·
Arſennaria M·P·XL·
Cortenna Colonia M·P·XVIII·
Lar Caſtellum M·P·XXIIII·
Cartili M·P·XII·
Gunucus M·P·XII·
Cæſaria Colonia M·P·XXII·
Tipaſa Colonia M·P·XVI·
Caſæ calbenti M·P·XV·
Icoſium Colonia M·P·XXXII·
Rungoniæ Colonia M·P·XV·
Ruſubbicari M·P·XXIIII·
Ciſi Municipium M·P·XII·
Ruſucuro Colonia M·P·XII·
Lomnium municipium M·P·XVII·
Ruſaxis Municipium M·P·XXXVIII·
Saldis Colonia M·P·XXXV·
Muslubio M·P·XXVIII·
Coba municipium M·P·XXVIII·
Igilgili Colonia M·P·XXXVIIII·
Paccianis Matidiæ M·P·XXIIII·
Chulli municipium M·P·LX·
Ruſicade M·P·L·
Parationis M·P·XXV·
Culli titanis M·P·XVIII·

Tacatta M·P·XXII·
Sullucu M·P·XXII·
Hippone Regio Colonia M·P·XXXII·
Addianum M·P·XXXII·
Nalpotes M·P·XL·
Thabraca M·P·XXX·
Hippone Zarytho M·LX·
Iuneiza M·P·XX·
Membro M·P·X·
Vtica M·P·VI·
Ad Gallum Gallinacium M·P·XII·
Carthagine M·P·XXII·

ITEM AB TOCOLOSIDA

Tingi M·P·CXLVIII· sic·
Volubilis Colonia M·P· IIII·
Aquis dacicis M·P·XVI·
Gilda M·P·XII·
Viposcianis M·P·XXIII·
Tremulis M·P·XIX·
Oppido nouo M·P·XII·
Ad nouas M·P·XXXII·
Ad Mercurios M·P·XII·
Tingi Colonia M·P·XVIII·

À CARTHAGINE·

Circa M·P·CCCXXII·
SITIFI M·P·C·
CAESAREA M·P·CCCI· sic· à Carthagine
Vnaca M·P·XXII·

Sicilibra M.P.VII.
Vallis M.P.XV.
Coreba M.P.XX.
Musti M.P.XXVIII.
Laribus Colonia M.P.XXX.
Alti Euros M.P.XVI.
Ad medera Colonia M.P.XXXII.
Thebeste Colonia M.P.XXV.
Altaba M.P.XVIII.
Iusti M.P.XVIII.
Meramen M.P.XXIIII.
Macomadib. M.P.XXIIII.
Sigus M.P.XXVIII.
Circat Colonia M.P.XXV.

MILEVM M.P.XXV.

Idicra M.P.XXV.
Cuiculi M.P.XXV.
Sitifi M.P.XXV.

PERDICES M.P.XXV.

Callas M.P.XXV.
Mari M.P.XXV.
Zabi M.P.XXX.
Aras M.P.XVIII.
Tatilli M.P.XVIII.
Auza M.P.XLVII.
Rapidi M.P.XVI.
Tiranadi M.P.XXV.
Caput Cilani M.P.XXV.

Susasar M.P.XVI.
Aquis M.P.XVI.
Cæsarea M.P.XXV.

ITEM ASITIFI

Saldas M.P.LXXIX. sic.
Orrea M.P.XVIII.
Lesbi M.P.XVIII.
Tubus Itecus M.P.XXV.
Saldas M.P.XVIII.

ITEM A' LAMBESE.

Sitifi M.P.CII.sic
Tadittij M.P.XVIII.
Noua sparsa M.P.XXXII.
Gemellas M.P.XXVII.
Sitifi M.P.XXV.

ITEM A' TEVESTE PER LAMBESEM.

Sitifi M.P.CCXII.sic.
Tinfadi M.P.XXII.
Vegesela M.P.XX.
Mascula M.P.XVIII.
Claudi M.P.XXII.
Tamugadi M.P.XXII.
Lambese M.P.XIIII.
Diana M.P.XXXIIII.
Noua Petra M.P.XIIII.
Gemellas M.P.XXII.
Sitifi M.P.XXV.

Cirta M·P·XL·sic
Fisigus M·P·XV·
Cirta M·P·XXV·

ITEM A' TAMVGADI LAMASBA M·P·LXXII·sic·
Tadudits M·P·XXVIII·
Diana Veteranorum M·P·XVI·
Lamasba M·P·XVIII·

ITEM A' LAMASBA SITIFI M·P·LXII·sic·
Zarai M·P·XXV·
Perdicibus M·P·XII·
Sitifi M·P·XXV·

ITEM A' CALA RVSVCCVRO M·P·CCCXCIIII·sic·
Adrubras M·P·XX·
Ad Albulas M·P·XXX·
Ad Dracones M·P·XIIII·
Ad Regias M·P·XXIIII·
Tasacora M·P·XXV·
Castra Noua M·P·XVIII·
Pellenæ Præsidio M·P·XX·
Mina M·P·XVI·
Cadaum Castra M·P·XXV·
Vagal M·P·XVIII·
Castellum Tingi M·P·XVIII·
Tigauda municipio M·P·XXII·

Oppido nouo M.P.XXXII.
Tigaua castra M.P.II.
Malliana M.P.XVI.
Sufasar M.P.XVIII.
Velisci M.P.XVI.
Taranamusa castra M.P.XVI.
Tramari cito præsidio M.P.XVI.
Rapida castra M.P.XVI.
Rusucuro Colonia M.P.XII.

ITEM A' RVSVCCVRO SALDIS M.P.CVII. sic.

Tigisi M.P.XII.
Bidil municipium M.P.XXVII
Tubus uetus M.P.XL.
Saldis Colona M.P.XXVIII.

ITEM A' SALDIS.

Igigli M.P.CLIX. sic.
Ad oliuam M.P.XXX.
A' Saua municipio M.P.XXV.
Sitifi Colonia M.P.XXIIII.
Satafi M.P.XVI.
Ad Basilicam M.P.XVI.
Ad Ficum M.P.XV.
Igigli M.P.XXXIII.

ITEM A' LAMBESE.

Circa M.P.LXXXIIII. sic.
Tamugade M.P.XIIII.

Ad Rotam M.P.XXX.
Ad lacum Regium M.P.XX.
Circa colonia M.P.XX.

ITEM A' MVSTI.

Circa M.P.CXCVIII. sic.
Sicca M.P.XXXII.
Narraggara M.P.XXX.
Thagura M.P.XX.
Tipasa M.P.XXV.
Sigus M.P.XXXV.
Circa M.P.XXV.

ITEM A' CYRTA

Hippone Regio M.P.XCIIII. sic.
Aquis tibilitanis M.P.LIIII.
Ad villam seruiliam M.P.XV.
Hippone Regio M.P.XXV.

ITEM AB HIPPONE REGIO

Carthagine M.P.CCXXVIII. sic.
Onellaba M.P.L.
Ad Aquas M.P.XXV.
Sim- Colonia M.P.V.
Bulla Regia M.P.VII.
Nouis Aquilonis M.P.XXXIII.
Vico Augusti M.P.XVI.
A' Vacaria M.P.XXX.
Tuburbominus M.P.XVI.
Cigisa M.P.XXVIII.

Carthagine M.P.XVIII.

ITEM ALIO ITINERE.

Ab Hippone Regio
Carthagine hic ſunt
Super M.P.CCXXVIII. ſic.
Tagaſte M.P.LIII.
Naraggara M.P.XXV.
Sicca ueneria M.P.XXXII.
Muſti M.P.XXXIIII.
Membreſſa M.P.XXXV.
Sicilibra M.P.XVII.
Vnuca M.P.XIII.
Pertuſa M.P.VII.
Carthagine M.P.XIIII.

ITEM A' THENIS.

Teueſte M.P.CLXXV. ſic.
Ouiſcæ M.P.XXV.
Amurdaſa M.P.XXV.
Autenti M.P.XXV.
Suſetula M.P.XXX.
Vegeſela M.P.XXX.
Menegeſem M.P.XX.
Teueſte M.P.XX.

ITEM AB AQVIS REGIS.

Suſibus M.P.XLIII. ſic.
MaraZanis M.P.XV.
A' Suſibus M.P.XXVIII.

ITEM AB ASSVRAS

Thenis M·P·CXCII·*sic.*
Tucca Terebentina M·P·XV·
Sufibus M·P·XXV·
Sufetula M·P·XXV·
Nara M·P·XV·
Mada Summa M·P·XXV·
Septimunicia M·P·XXV·
Tabalta M·P·XX·
Maccomadibus M·P·XV·
Thenis M·P·XVII·

ITEM A TVBVBO PERVALOSTA·

Capas M·P·CCCVIII·*sic.*
Vallis M·P·XIX·
Coreua M·P·XX·
Musti M·P·XXVII·
Assuras M·P·XXX·
Tucca Terebentina M·P·XII·
Sufibus M·P·XXV·
Sufetula M·P·XXV·
Naras M·P·XVI·
Madussama M·P·XXXII·
Septimunicia M·P·XXV·
Thabalta M·P·XX·
Cellis Pincentinis M·P·XXX·
Thacapis M·P·XXX·

ITEM A CHARTAGINE in biZantio·

Sufetula usq; M·P·CLXXII·sic.
Vnuca M·P·XX·
Vallis M.P.XXII.
Coreua M·P·XX·
Musti M·P·XXVI·
Assuras M·P·XX·
Tucca Terebentina M·P·XX·II.
Sufibus M·P·XXV·
Sufetula M·P·XXV.

ITEM A' CARTHAGINE

Per adrumentum sufetula usq; M·P·CXC·sic.
Vina M·P·XXXIII·
Pupput M·P·X.
Horrea Cælia M·P·XXXIII·
Hadrumentum M·P·X·
Vico Augusti M·XXV.
Aquis Regis M·P·XXV·
Masclianis M·P·XVIII·
Sufetula M.P·XXXVI.

ITEM A' TVSTRITE

Teueste M·P.CXCV·sic.
Vico Augusti M·P·XXXI·
Aquis Regis M·P·XXXV·
Masclianis M·P·XVIII.
Sufetula M·P·XXXVI·
Cilicio M·P·XXV.
Menegere M.P.XXV.
Teueste M·P·XXV·

ALIO ITINERE.

A' Teueste Tusdro M.P.CLXXXV.sic.
Meneggere M.P.XXV.
Cilio M.P.XXV.
Sufetula M.P.XXV.
Masclianis M.P.XXX.
Aquis Regis M.P.XVIII.
Germaniciana M.P.XXII.
Aelices M.P.XIII.
Tusdro millia plus minus XVIII.

A' SVFIBVS A'CARTHAGINE

Hadrumentum M.P.CIX.sic.
NaraZanis M.P.XXVIII.
Aquis Regis M.P.XX
Vico Augusti M.P.XXXV.
Hadrumentum M.P.XXV.

A' SVFETVLA

Clipea M.P.CCXVI.sic.
Masclianis M.P.XXXVI.
Aquis Regis M.P.XVII.
Vico Augusti M.P.XXXII.
Hadrumentum M.P.XXV.
Horrea M.P.XVIII.
Pupput M.P.XXX.
Currubi M.P.XXVII.
Vel Neapoli M.P.XII.
Clipeis M.P.XX.

A' CARTHAGINE.

Clippeis M.P.LXXXV. sic.
Maxula prates M.P.X.
Casula M.P.XX.
Curibi M.P.XXV.
Clipeis M.P.XXX.

ITEM A' CARTHAGINE.

Thenis M.P.CCXVII.
INDE Lepti magna M.P.CCCCXXII.
IN Alexandria M.P.DCCCCII.

A' CARTHAGINE.

Maxula Ciuitate M.P:XVIII.
Pupput Vicus M.P.X.
Horrea Cælia Vicus M.P.XXX.
Hadrumentum Colonia M.P.XVIII.
Lepti Minus ciuitate M.P.XVIII.
Tusdro Colonia M.P.XXXIII.
Vsula Ciuitas M.P.XXXII.
Thenis Colonia M.P.XXVIII.

MACOMADIBVS.

Municipium M.P.XXVIII.
Cellas Vicus M.P.XXVI.
Tacapas Colonia M.P.XXX.
Acmasiue Fulgurita uilla M.P.XXV.
Giti municipium M.P.XXV.
Ponte Zita municipium M.P.XXXV.

Villa magna uilla priuata M·P·XXX·
Fisida uicus M·P·XXI·
Casas uilla aniciorum M·P·XXVI·
Sabrata Colonia M·P·XXVIII·
Vax uilla Repentina M·P·XXVII·
Ocea Colonia M·P·XXVIII·
Megdia uilla aniciorum M·P·XXV·
Minna uilla amarum M·P·XXIX·
Leptimagna Colonia M·P·XXIX·

SEGGERA M·P·XX·

Berge M·P·XXIIII·
Sere M·P·XXV·
Tabunte M·P·XXX·
Auziqua M·P·XXX·
Annesel M·P·XXX·
Auzui M·P·XVIII·
Astiagi M·P·XXV·
Macomadibus Sirtis M·P·XX·
Iscina M·P·XXXIII·
Tramariciolo M·P·XXXI·
Aubureo M·P·XXV·
Dicdica M·P·XXIIII·
Tuculus M·P·XXIIII·
Banadedari M·P·XXV·
Anabucis M·P·XXV·
Tinioridi M·P·XXV·
Boreo M·P·XII·
Tinci Ausari M·P·XXIII·
Attici M·P·XXV·

Carothus M.P.XXV.
Caminos M.P.XXII.
Beronicæ M.P.XXX.
Adriane M.P.XXIX.
Theucira M.P.XVIII.
Ptolomais M.P.XXVI.
Semeros M.P.XXXIII.
Lasamices M.XXVI.
Cyrene M.P.XXV.
Limnide M.P.XXI.
Darnis M.P.XXXIIII.
Hippon M.P.XXVIII.
Mecyra siue helem M.P.XXX.
Batrin M.P.XXV.
Ausufal M.P.XX.
Catabathmon M.P.XXV.
Alexandria M.P.IX.

ITEM ALIO ITINERE
Ab Ptolemaide in Alexandriam.

Semeros M.P.XXXIII.
Lasamices M.P.XXVI.
Cyrene M.P.XXVI.

FINES ARMARIAE.

Limniade M.P.XXI.
Darnis M.P.XXIIII.
Hippon M.P.XXVIII.
Papi M.P.XXIIII.
Paniuros M.P.XXX.

Metira

Metira M.P.XX.
Lucundiu M.P.XL.
Gereatis M.P.XXXIII.
Catebatimos M.P.XXXV.

FINES ALEXANDRIAE

Geras M.P.CVIII.
Zaalis M.P.XXXIII.
Aristeu M.P.XX.
Tanabrasta M.P.XXXII.
Paretonio M.P.XXVI.
Eutiau M.P.XL.
Pedone M.P.XXVI.
Caportes M.P.XVI.

ITER QVOD LIMITEM
TRIPOLITANVM.

Per turrem Tamallenia Tacapas leptim magnam dusit M.P.DCV. sic.
A Tacapis ad Aquas M.P.XVIIII.
Agarlauas M.P.XXX.
Turre Tamalleni M.P.XXX.
Ad Templum M.P.XII.
Bezereos M.P.XXX.
Ausilendi M.P.XXXII.
Agma M.P.XXII.
Aigemmu M.P.XXX.
Thabalati M.P.XXX.
Themelami M.P.XXV.

Tillabari M·P·XX·
Adaumaudum M·P·XXX·
Thramus Dusim M·P·XXV·
Thrabunacti M·P·XXV·
Thamaschaltin M·P·XXX·
Thenteos M·P·XXX·
Auri M·P·XXX·
Vinaza M·P·XXXV·
Talalati M·P·XVI·
Tanadassa M·P·XXV·
Mespe M·P·XXX·
Lepti Magna M·P·XL·

ITEM A' CELEPTE Tacapas M·P·CLII·sic·
Gemellas M·P·XXII·
Gremellas M·P·XXV·
Capse M·P·XXIIII·
Tasarte M·P·XXXV·
Aquaste Capinces M·P·XXVIII·
Tacapas M·P·XVIII·

ITER SARDINIAE

A' Portutibulas Caralis M·P·CCLXV·sic·
Turabolo minore M·P·XIIII·
Elephantaria M·P·XV·
Longones M·P·XII·
Vlbia M·P·XXVIII·
Coclearia M·P·XV·
Portu Liguidonis M·P·XII·
Fanocarisi M·P·XXV·

Viniolis M·P·XII·
Sulcas M·P·XXXV·
Porticenses M·P·XXIIII·
Sarcapos M·P·XX·
Ferraria M·P·XX·
Caralis M·P·XIII·

ALIO ITINERE

Ab Vlbia Caralis M·P·CLXXIII·sic·
Caput Tyrsi M·P·XL·
Sorabile M·P·XLVI·
Biora M·P·XLVI·
Caralis M·P·XLII·

A TIBVLAS

Caralis M·P·CCXIII·sic·
Gemellas M·P·XXV·
Lugudonec M·P·XXV·
Nasti M·P·XXIIII·
Molaria M·P·XXIIII·
Ad Medias M·P·XII·
Foro Troiani M·P·XV·
Othoca M·P·XVI·
Aquis Niapollonis M·P·XXXVI·
Caralis M·P·XXXVI·

A' PORTV TIBVLAS
Per compendium

Vlbia M·P·XVI·

ITEM A' TIBVLAS

Sulcis M.P.CCLX.sic.
Viniolis M.P.XII.
Erucio M.P.XXIIII.
Ad Herculem M.P.XXII.
Ad Turrem M.P.XVIII.
Nure M.P.XVII.
Carbia M.P.XVI.
Bosa M.P.XXV.
Cornos M.P.XVIII.
Tharpos M.P.XVIII.
Othoca M.P.XII.
Neapolis M.P.XVIII.
Metalla M.P.XXX.
Sulcis M.P.XXX.

ITEM A' SVLCIS

Nura M.P.LXIX.sic.
Tegula M.P.XXXIIII.
Nura M.P.XXXV.

ITEM A' CARALIS

Nura M.P.XXII.

CORSICAE

Amriniana Palmas M.P.CXXV.sic.
Aleria M.P.XL.
Præsidio M.P.XXX.
Portu Nauoni M.P.XXX.

Plalas M·P·XXV·

SICILIAE

A' Traiecto Lilybeo M·P·CCLVII·sic·
Mesana M·P·XII·
Tamaritio Spalmax M·P·XX·
Per Tauramenium Naxo M·P·XV·
Acio M·P·XIX·
Catina M·P·IX·
Capitonia M·P·XXIIII·
Gelasium Philosophianis M·P·XXI·
Petilianis M·P·XXVII·
Agrigentium M·P·XVIII·
Cena M·P·XVIII·
Allaua M·P·XII·
Ad Aquas M·P·XII·
Ad Fluuium Lanarium M·P·XXIIII·
Mazaris M·P·X·
Lilybeum M·P·XII·

ALIO ITINERE·

A' Lilybeo Messana M·P·CCCXXX·sic·
Aquis Larodis M·P·XLVI·
Agrigento M·P·XL·
Caluisiana M·P·XL·
Hible M·P·XXIIII·
Agris M·P·XVIII·
Syracusis M·P·XXIIII·
Catina M·P·XLIIII·
Tauromenio M·P·XXXII·

Messana M.P.XXXII.

A' MESSANA

Tindaridem M.P.XXXVI.

ITEM A' LILYBEO Per maritima loca

Tindaridem usq; M.P.CCVII.sic.
Drepanis M.P.XVIII.
Aquis Segestianis siue Pin=
ctianis M.P.XIIII.
Pasthenico M.P.XII.
Hyccara M.P.VIII.
Panormo M.P.XVI.
Capitonianis M.P.XXIIII.
Philosophianis M.P.XXI.
Callonianis M.P.XXI.
Corconianis M.P.XII.
Agrigentum M.P.XIII.

ITEM AB AGRIGENTO
per maritima loca

Syracusis M.P.CXXX.sic.
Dedalio M.P.XVIII.
Plintis M.P.V.
Refugio Chalis M.P.XVIII.
Plaga Caluisianis M.P.VIII.
Plaga Mesopotamio M.P.XII.
Plagereo siue Cymbæ M.P.XXIIII.
Refugium Apolline M.P.XX.
Plaga Syracusis M.P.XXXII.

ITEM AB AGRIGENTO

Lilybeo M.P.CLXXV.sic.
Picianis M.P.IX.
Comitianis M.P.XXIIII.
Petrine M.P.IIII.
Pirina M.P.XXIIII.
Panoruo M.P.XXIIII.
Yccaris M.P.XVIII.
Logarico M.P.XXIIII.
Ad Oliuam M.P.XXIIII.
Lilybeum M.P.XXIIII.

ITEM AB YCCARIS Per maritima loca

Drepanum usq; M.P.XLVI.sic.
Parthenico M.P.XII.
Ad Aquas Perticianenses M.P.XVI.
Drepanis M.P.XVIII.

ITER A' MEDIOLANO

Per Picenum & Campaniam ad Columnam Idem traiectum Siciliæ ducit M.P.DCCCCLVI.sic.
A' Mediolano Laude Ciuitas, M.P.XVI.
Placentiacum M.P.XXIIII.
Fidentiola Vicus M.P.XXIIII.
Parme Ciuitas M.P.XV.
Regio Ciuitas M.P.XVIII.
Mutina Ciuitas M.P.XVII.
Bononia Ciuitas M.P.XXV.

Foro Corneli Ciuitas M.P.XXIIII.
Fauentia M.P.X.
Cesæna Ciuitas M.P.XXIIII.
Ariminum Ciuitas M.P.XX.
Pisauro Ciuitas M.P.XXIIII.
Senegallia Ciuitas M.P.XXIII.
Vltra Anconam milia plus minus quatuor M.P.XXVI.
Potentia Ciuitas M.P.XVI.
Castello Firmano M.P.XX.
Troento Ciuitas M.P.XXVI.
Castro Nouo M.P.XII.
A`terno Ciuitas M.P.XXIIII.

ITER PROMIVM uicus M.P.XXV.

Sulmone Ciuitas M.P.XXVIIII.
Aufidena Ciuitas M.P.XXIIII.
Serniaum M.P.XXVIII.
Bononia Ciuitas M.P.XVIII.
Super Thamari fluuium M.P XVI.
Ad Equum Tuticum M.P.XXII.
Ad Matrem Magnam M.P.XVI.
In Honoratianum M.P.XX.
Venusium Ciuitas M.P.XXVIII.
Opino M.P.XV.
Ad Fluuium Bradam M.P.XXVIIII.
Potentia M.P.XXIIII.
Acidios M.P.XXIIII.
Grumento M.P.XXVIIII.
Semunda M.P.XXVII.

Nerulo M.P.XVI.
Summurano M.P.XVI.
Caprasis M.P.XXI.
Consentia M.P.XXVIII.
Ad Fluuium Sabbatum M.P.XVIII.
Ad Turris M.P.XVIII.
Ad Fluuium Angitulam M.P.XIII.
Nicotera M.P.XXV.
Ad Mallias M.P.XXIIII.
Ad Columnam M.P.XIIII.

ITEM AB VRBE APPIA

Recto Itinere ad Columnam M.P.CCCCLII.sic.
Aricia M.P.XVI.
Tribus Tabernis M.P.XVII.
Apiforo XVIII.
Terracina M.P.XVIII.
Fundis M.P.XVI.
Formis M.P.XIII.
Minturnis M.P.VIIII.
Sinuessa M.P.VIIII.
Capua M.P.XXVI.
Nola M.P.XXI.
Nuceria M.P.XVI.
In medio Salerno ad Canarum M.P.XXV.
Ad Calorem M.P.XXIIII.
In Marcelliana M.P.XXV.
Cæsariana M.P.XXI.
Nerulo M.P.XXXIII.
Summurano M.P.XIIII.

Caprasis M·P·XXI·
Consentia M·P·XXVIII·
Ad Sabbatum flluuium M·P·XVIII·
Ad Turres M·P·XVIII·
Vibona M·P·XXI·
Nicotera M·P·XVIII·
Ad Mallias M·P·XXIIII·
Ad Columnam M·P·XIIII·

A` CAPVA

Beneuento M·P·XXXIII·
ITEM A` Capua Equo
Tutico M·P·LIIII·sic·
Vbi Campania limitem habet
Caudis M·P·XXI·
Beneuento M·P·XI·
Aequo Tutico M·P·XXI·

ITEM AB EQVO TVTICO
per Roscianum

Regio M·P·CCCCLXXVIII·sic·
Sentianum M·P·XXXIII·
Baleianum M·P·XXIIII·
Venusia M·P·XII·
Ad Pinum M·P·XII·
Ypnum M·P·XXXII·
Cælianum M·P·XL·
Heraclia M·P·XXVIII·
Ad Vicenummum M·P·XXIIII·
Turios M·P·XX·

Rosciarum M.P.XII.
Paternum M.P.XXVIII.
Meto M.P.XXXII.
Ticina M.P.XXIIII.
Scylacis M.P.XXII.
Cocinto M.P.XXII.
Subsiciuo M.P.XXIIII.
Altanum M.P.XX.
Hypporum M.P.XXIIII.
De Castadium M.P.XII.
Regio M.P.XX.

ITEM AB EQVO TVTICO HYDRVNTO.

Ad Traiectum M.P.CCXXXV.sic.
Escas M.P.XVIII.
Erdomas M.P.XIX.
Canusio M.P.XXVI.
Rubos M.P.XXIII.
Budruntus M.P.XI.
Varia M.P.XII.
Turribus M.P.XXI.
Egnatiæ M.P.XVI.
Speluncas M.P.XX.
Brundusium M.P.XIX.
Lypias M.P.XXV.
Hydrunto M.P.XXV.

A' BRVNDISIO

Tarentum ad Lectus M.P.XLIIII.

AVANIA PER COMPENDIVM

Tarentum M.P.LX.
Milia plus minus CLXV.sic.
Eclano M.P.XXV.
Subromula M.P.XXII.
Pentaufido M.P.XXII.
Venusto M.P.XVIII.
Ad Siluianum M.P.XX.
Sublupantia M.P.XXI.
Canales M.P.XIII.
Ydrunto M.P.XXV.

ITEM A' BENEVENTO

Tarentum M.P.CL.sic.
Eclano M.P.XV.
Subromula M.P.XXII.
Ponte Aufidi M.P.XXII.
Venusia M.P.XIX.
Siluium M.P.XX.
Plera M.P.XIII.
Sublapatia M.P.XIIII.
Canales M.P.XIII.
Tarento M.P.XX.

ITEM A' TERRACINA

Beneuento M.P.CXIII.sic.
Fundis M.P.XIII.
Formis M.P.XIII.
Minturnis M.P.VIII.

Theana M·P·XVIII·
Aliuas M·P·XVII·
Telesia M·P·XXV·
Beneuento M·P·XVIII·

ITEM A' TERRACINA

Neapoli M·P·LXXXVII·*sic*·
Sinuessa M·P·XLIIII·
Literno M·P·XXIIII·
Cumis M·P·III·
Puteolis M·P·III·
Neapoli M·P·X·

A' NEAPOLI NVCERIA

Constantia M·P·XXIIII·
A' Linterno M·P·XXXI·
Miseno M·P·XII·*sic*·
Cumis M·P·III·
Bais M·P·III·
Miseno M·P·III·

ITEM AB VRBE

Mediolano M·P·DXXVIII·
Inde Aquileia M·P·CCLXX·
Inde Sermio M·P·CCCCI·
Inde Nicomedia M·P·DCCCXV·
Inde Antiochia M·P·DCLXXXII·
Inde Alexandria M·P·DCCCIII·
Inde in Aegypto Hyerasicaminos usque
M·P·DCCLXII·

AB VRBE

Rostrata Villa M.P.XXIIII.
Vtriculi Ciuitas M.P.XXV.
Narnia Ciuitas M.P.XII.
Interamnia Ciuitas M.P.VIII.
Spolitio Ciuitas M.P.XIII.
Foro Flaminis Vicus M.P.XVIII.
Heluillo Vicus M.P.XXVII.
Calle Vicus M.P.XXXIII.
Foro Sempronij M.P.XVIII.
Fano Fortunæ M.P.XVI.
Pisauro M.P.VIII.
Arimino M.P.XXIIII.

AB ARIMINO RECTO ITINERE.

Rauenna M.P.XXXIII.
Inde Nauigatur septem Maria Altinum usque
Inde In Concordiam M.P.XXXI.
Aquileia M.P.XXXI.

ITEM AB ARIMINO

Cæsena Ciuitas M.P.XX.
Fauentia Ciuitas M.P.XXIIII.
Foro Cornelij Ciuitas M.P.X.
Bononia Ciuitas M.P.XXIIII.
Mutina Ciuitas M.P.XXV.
Regio Ciuitas M.P.XVIII.
Parma Ciuitas M.P.XVIII.

Fidentiola Vicus M.P.XX.
Placentia Ciuitas M.P.XXIIII.
Laude Ciuitas M.P.XXIIII.
Mediolanum Ciuitas M.P.XVI.
Bergome Ciuitas M.P.XXXIII.
Brixia Ciuitas M.P.XXXVIII.
Sermione mansio M.P.XXII.
Verona Ciuitas M.P.XXXIII.
Vicentia Ciuitas M.P.XXXIII.
Patauis Ciuitas M.P.XXVII.
Altinum Ciuitas M.P.XXXIII.
Concordia Ciuitas M.P.XXXI.
Aquileia Ciuitas M.P.XXXI.

FLVVIO

Frigido M.P.XXXVI.
Longatico mansio M.P.XXII.
Hennomacium M.P.XVIII.
Adrante Mansio M.P.XXV.
Caleia Ciuitas M.P.XXIIII.
Ragundone M.P.XVIII.
Patauione Ciuitas M.P.XVIII.
Aqua Viua M.P.XX.
Louia M.P.XVIII.

HIC SINISTRA.

Lentulis M.P.XXXII.
Serota M.P.XXXII.
Marinianis M.P.XX.
Vereis M.P.XXII.

Mursa Ciuitas M.P.XXVI.
Cibulas Ciuitas M.P.XXIIII.
Vlmos Vicos M.P.XXIIII.
Sirmi Ciuitas M.P.XXVI.
Basianis Ciuitas M.P.XVIII.
Tauruno Classis M.P.XXX.
Singiduno Castra M.P.IIII.
Aureo monte M.P.XXIIII.
Ab aureo monte Vinceia milia plus minus VI.
Marco M.P.VIII.
Echlech M.P.VIII
Turios M.P.XX.
Inde Euminaco M.P.X.
Viminacio M.P.XXIIII.
Serotæ M.P.XXXII.
Municipio M.P.XVIII.
Idimo M.P.XXV.
Horreo Margi M.P.XXI.
Pompeis M.P.XXXIIII.
Naisso M.P.XXIIII.
Remisiana M.P.XXV.
Turris M.P.XXVII.
Melipia M.P.XXX.
Serdicæ M.P.XXIIII.
Bagaracæ M.P.XVIII.
Heliæ M.P.XXI.
Lissas M.P.XXI.
Bessa Para M.P.XXII.
Philippopoli M.P.XXII.
Cillis M.P.XXX.

Opizo

Opizo M.P.XXX.
Asso M.P.XVIII.
Sazanara M.P.XX.
Burdipta M.P.XXII.
Hadrianopoli M.P.XXIIII.
Osiudizo M.P.XVIII.
Bustudizo M.P.XVIII.
Bergule M.P.XVIII.
Drizipala M.P.XIIII.
Izirallo M.P.XVI.
Heraclia M.P.XVIII.
Cenofrurio M.P.XVIII.
Melanaada M.P.XXVIII.
Byzantio qui & Constantinopolis M.P.XVIII.
Calcedonia traiectus in Bithynia M.P.IIII.
Pantico M.P.XV.
Lybissa M.P.XXIII.
Nicomedia M.P.XXII.

A' CONSTANTINOPOLI usque Antiochiam M.P.DCCXXVI.

ITEM Libo M.P.XXI.
Nicia M.P.XXIII.
Mœdo Orientes M.P.XVI.
Tottaio M.P.XXVIII.
Dablis M.P.XXVIII.
Cenon Gallicanon M.P.XVIII.
Dabastana M.P.XXI.
Iuliopolim M.P.XXVI.
Baganeos M.P.XXIIII.

Mizino M·P·XXIII·
Manezardo M·P·XVIII·
Ancira M·P·XXIIII·
Curbeunca M·P·XX·
Resociaco M·P·XI·
Aspona M·P·XXXIII·
Parnoso M·P·XXIIII·
Ozzala M·P·XVII·
Nitazi M·P·XVIII·
Coloniam Arcilaidam M·P·XXVII·
Nandia Nullus M·P·XXV·
Sasima M·P·XXIIII·
Andabilis M·P·XVI·
Tiana M·P·XVI·
Faustinopolim M·P·XVIII·
Potando M·P·XXVI·
Nam sucrone M·P·XXVII·
Egeas M·P·XXI·
Catabolo M·P·XXIIII·
Bais M·P·XVI·
Alexandria M·P·XVI·
Pacris M·P·XVI·
Antiochia M·P·XVI·
Platanos M·P·XXV·
Catela M·P·XXIIII·
Laudicia M·P·XVI·
Gabala M·P·XVIII·
Balanea M·P·XXIIII·
Antarado M·P·XXIIII·
Arcas M·P·XXXII·

Tripoli M.P.XVIII.
Biblo M.P.XXXVI.
Berito M.P.XXIIII.
Sidona M.P.XXX.
Tyro M.P.XXIIII.
Ptolomaidam M.P.XXXII.
Sycamina M.P.XXIIII.
Cæsarea M.P.XX.
Betaro M.P.XVIII.
Diospoli M.P.XXII.
Lamnia M.P.XII.
Ascalona M.P.XX.
Gaza M.P.XVI.
Rapa M.P.XXII.
Rino Corubra M.P.XXII.
Ostracena M.P.XXIIII.
Cassio M.P.XXVI.
Pentascino M.P.XX.
Pelusio M.P.XX
Heracleus M.P.XXII.
Thanis M.P.XXII.
Thumuis M.P.XXII.
Cyno M.P.XXV.
Tafa M.P.XXX.
Andro M.P.XII.
Nichine M.P.XII.
Hieropoli M.P.XX.
Chercu M.P.XXIIII.
Alexandria M.P.XX.
Chercu M.P.XXIIII.

Hieropoli M.P.XX.
Andro M.P.XXI.
Niciu M.P.XXXI.
Letus M.P.XXVIIII.
Memphi M.P.XX.
Pene M.P.XX.
Vſui M.P.XX.
Cæne M.P.XX.
Icacona M.P.XX.
Oxyrincho M.P.XXIIII.
Ibiu M.P.XXX.
Hermopoli M.P.XXIIII.
Chuſis M.P.XXIIII.
Lyco M.P.XXXII.
Apollinos Minores M.P.XVIII.
Hyſopis M.P.XXVIII.
Ptolomaida M.P.XXII.
Abydo M.P.XXII.
Dioſpoli M.P.XXVIII.
Tenthira M.P.XXVII.
Contracopto M.P.XII.
Papa M.P.VIII.
Heſmunti M.P.XXX.
Lato M.P.XXIIII.
Appollino Superiore M.P.XXXII.
Contra Tumuis M.P.XXIIII.
Contra Ombos M.P.XXIIII.
Contra Suene M.P.XXIIII.
Parempole M.P.XVI.
Izÿzi M.P.II.

Tafis M.P.XIIII.
Thalmis M.P.VIII.
Tutzis M.P.XX.
Pselas M.P.XII.
Coste M.P.IIII.
Hierasi Camino M.P.IIII.

ITEM A' PELVSIO

Memphi M.P.CXXIII.sic.
Daphno M.P.XVI.
Tacasasta M.P.XVIII.
Thou M.P.XIIII.
Scenas Veteranorum M.P.XXVI.
Helius M.P.XVII.
Memphi M.P.XXIIII.

ITEM PER PARTEM ARAbicam trans Nilum.

Contra Pselos M.P.X.
Contra Talmas M.P.XXIIII.
Contra Tafis M.P.X.
Filas M.P.XXIIII.
Syene M.P.III.
Ambos M.P.XXX.
Contra Apollonosmilia plus minus XL.
Contra Lato M.P.XL.
Thebas M.P.XL.
Vico Apollinos M.P.XXII.
Copton M.P.XXII.
Cenobosio M.P.XL.

Thomu M.P.L.
Pano M.P.IIII.
Selino M.P.XVI.
Anteu M.P.XVI.
Muthi M.P.VIII.
Isiu M.P.XXIIII.
Hieracon M.P.XX.
Pesla M.P.XXVIII.
Antenou M.P.XXIIII.
Peusarcemidos M.P.VIII.
Musæ M.P.XXXIIII.
Hipponon M.P.XXX.
Alyi M.P.XVI.
Thimonepsi M.P.XVI.
Afrodito M.P.XXIIII.
Scenas Mandras M.P.XX.
Babylonia M.P.XII.
Heliu M.P.XII.
Scenas Veteranorum M.P.XVIII.
Vico Iudæorum M.P.XII.
Thou M.P.XII.
Hero M.P.XXIIII.
Serapin M.P.XVIII.
Lysmo M.P.L.

ITEM A' *Serapio Pelusio* M.P.LX.*sic.*
Thaubasio M.P.VIII.
Sile M.P.XXVIII.
Magdolo M.P.XII.
Pelusio M.P.XII.

ITEM A' COPTON

Beronicem M.P.CCLVIII.*sic.*
Pœnico Niconon M.P.XXVII.
Didyme M.P.XXIIII.
Aphrodito M.P.XX.
Compasi M.P.XXII.
Iouis M.P.XXIII.
Aristonis M.P.XXV.
Phalacro M.P.XXV.
Apollonos M.P.XXIIII.
Cabalsi M.P.XXVII.
Cænon Didreuma M.P.XXVII.
Beronicem M.P.XVIII.

ITER TRACHIAE A' CABILE

Per Compendium Adrianopolim usq; LXXIX.*sic.*
Orudisza ad Burgum M.P.XXX.
In Medio M.P.XXX.
Adrianopoli M.P.XXIIII.

A' PLOTONOPOLI

Heraclea M.P.XCII.*sic*
Traianopoli M.P.XXII.
Apris M.P.XXIII.
Aesisto M.P.XXXII.

A' SEBASTIA

Cocuso per Melitenam M.P.CCXCIII.*sic.*

Blandos M.P.XXIIII.
Eusporna M.P.XXVIII
Aranis M.P.XXIIII.
A' Prætorio M.P.XXVIII.
Pisonos M.P.XXXII.
Malecœna M.P.XXXII.
Arcas M.P.XXVI.
Dandaxina M.P.XXIIII.
Osdara M.P.XXIIII.
Pandari M.P.XXIIII.
Cocuso M.P.XXXVIII.

ITEM A' SEBASTIA

Cocusa per Cæsaream M.P.CCLVIII.sic.
Sacanatu M.P.XXVIII.
Malandara M.P.XXX.
Armaxa M.P.XXVIII.
Eulepa M.P.XXIIII.
Cæsarea M.P.XVI.
Artaxata M.P.XXVII.
CoduZalaba M.P.XVIIII.
Comana M.P.XXIIII.
Ptandari M.P.XXIIII.
Cocuso M.P.XXXVIII.

ITEM A' SEBASTIA

Cocuso per compendium M.P.CCVI.
Tonosa M.P.L.
Triarachia M.P.L.
CoduZalbabla M.P.XX.

Comana M·P·XXIIII·
Ptandari M·P·XXIIII·
Cocuso M·P·XXXVIII·

ITEM AB ARABISSO per compendium

Satalam M·P·CCLXVIII·sic.
Tonoso M·P·XXVIII·
Zoana M·P·XXV·
Gundosa M·P·XXIIII·
Eumeis M·P·XXX·
Sara M·P·XVIII·
De Galasso M·P·XX·
Nicopoli M·P·XXIIII·
Olitto Eulariza M·P·XXIIII·
Ad Dracones M·P·XXVI·
Haza M·P·XXIIII·
Satalaleg· M·P·XV·
Apollinans M·P·XXVII·

A' GERMANICIA
Per dolicum & Zeuma

Aedissam usq; M·P·LXXXVII·sic·
Sicos Basilisces M·P·XX·
Dolica M·P·X·
Zeuma M·P·XII·
Bemmaris M·P·XX·
Edissa M·P·XXV·

ITEM A' GERMANICIA

Per Samostram Edissa M·P·LXX·sic·

In Catauana M·P·XV·
Nisus M·P·XV·
Tharse M·P·XIIII·
Samosata Leg. VII· M.P.XIII·
Edissa M·P·XII·

ITEM AB ANTIOCHIA

Hemesa M·P·CXXXIIII·sic·
Niacuba M·P·XXVI·
Caperturi M·P·XXIIII·
Apamia M·P·XX·
Larissa M·P·XVI·
Epithania M·P·XVI·
Arethusa M·P·XVI·
Hemasa M·P·XVI·

ITEM AB ARABISSO

MuZana M·P·XLVIII·sic·
In medio M·P·XXVI·
MuZana M·P·XXVI·

ITEM A' GERMANICIA.

Aedissa M·P·LXXXIIII·sic·
Sicobasilisses M·P·XV·
Dolica M·P·XV·
Zeuma M·P·XIIII·
Cannaba M·P·XIII·
In medio M·P·XII·
Aedissa M·P·XV·

ITEM A' GERMANICIA

Aedissa M.P.LXXXIIII.sic.
Sicobasilisses M.P.XV.
Dolica M.P.XV.
Zeuma M.P.XIIII.
Cannaba M.P.XIII.
In medio M.P.XII.
Aedissa M.P.XV.

ITEM A' CIRRO

Aedissa M.P.
Cilizasi M.P.
Veurnia M.P.
Gigando M.P.
Ab Araru M.P.
Ziuma M.P.
Bemmuri M.P.
Canna M.P.
Bathenas M.P.
Meri M.P.
Aedissa M.P.

ITEM A' NICOPOLI

Aedissa M.P.CXXXVIII.sic.
Aliaria M.P.XIII.
Gerbedisso M.P.XV.
Dolica M.P.XX.
Zeuma M.P.XXIIII.
Canaba M.P.XXV.

In Medio M·P·XXII·
Aedissa M·P·XVIII·

ITEM A' CALLECOMA·

Aedissa M·P·LXXXV·sic·
Bathnas M·P·XXIIII·
Hierapoli M·P·XXI·
Thilaticomum M·P·X·
Bathas M·P·XV·
Aedissa M·P·XV·

ITEM A' CARRIS

Hierapoli M·P·LXXXIIII·sic·
Bathas M·P·XXX·
Thiloticomum M·P·XXII·
Hierapoli M·P·XXXI·

ITEM A' CYRRO

Hemisa M·P·CLI·sic·
Minicam M·P·XX·
Beroa M·P·XXII·
Calcida M·P·XVIII·
Arra M·P·XX·
Cappareas M·P·XXIII·
Epiphania M·P·XVI·
Arethusa M·P·XVI·
Hemesa M·P·XVI·

ITEM A' DOLICA

Seriane M·P·CXXXVIII·sic·

Hanunea M.P.XXV.
Cyrro M.P.XXIIII.
Minniza M.P.XXIIII.
Borea M.P.XX.
Androna M.P.XXVII.
Seriane M.P.XXVIII.

ITEM A' CALLICOME

Larissa M.P.LXXVIII.sic.
Chalcida M.P.XVIII.
Temmeliso M.P.XX.
Epamia M.P.XXV.
Larissa M.P.XV.

ITEM A' BEVMARI

Neapolim M.P.CCXXVII.sic.
Geroda M.P.XL.
Thelseæ M.P.XVI.
Damasco M.P.XXIIII.
Aere M.P.XXXII.
Neue M.P.XXX.
Capitoliada M.P.XXXVI.
Gadara M.P.XVI.
Scythopoli M.P.XVI.
In Medio M.P.X.
Neapoli M.P.VII.

ITEM A' SERIANE

Scythopoli Oarora M.P.CCCVIII.sic.
Salaminiada M.P.XXXII.

Hemisa M.P.XVIII.
Laudicia M.P.XVIII.
Lybo M.P.XXXII.
Heliopoli M.P.XXXII.
Abila M.P.XXXVIII.
Damasco M.P.XVIII.
Aere M.P.XXXII.
Neue M.P.XXX.
Capitoliada M.P.XXXVI.
Gadara M.P.XVI.
Scythopoli M.P.XVI.

ITEM A' CAESAREA

Euleuteropolim M.P.LXXVII.sic.
Betaro M.P.XXXI.
Diospoli M.P.XXVIII.
Euleuteropolim M.P.XVIII.

ITEM A' DAMASCO

Hemesa M.P.CLII.sic.
Ab alia M.P.XXXVIII.
Heliopoli M.P.XXXII.
Conna M.P.XXXII.
Laudicia M.P.XXXII.
Hemesa M.P.XVIII.

ITEM A' NEAPOLI

Ascalona M.P.LXXIIII.sic.
Elia M.P.XXX.
Eleuteropoli M.P.XX.

Ascalona M.P.XXIIII.

ITER A' CLAVDIOPOLI

Angyra M.P.CXXXIIII.*sic.*
Gratia M.P.XXIIII.
Carius Vicus M.P.XXX.
Legna M.P.XXIIII.
Crentius M.P.XXXII.
Angira M.P.XXIIII.

ITEM A' PERSINVNTO

Ancyra M.P.XCVIIII.*sic.*
Germa M.P.XVI.
Vinda M.P.XXIIII.
Papira M.P.XXXII.
Ancyra M.P.XXVII.

ITEM A' TAVIA

Cæsarea Vsq; M.P.CVIIII.*sic.*
Therma M.P.XVIII.
Soanda M.P.XVIII.
Saconna M.P.XXXII.
Ochras M.P.XVI.
Cæsarea M.P.XXIIII.

ITEM A' DORILAO

Ancyra M.P.CXLI.*sic.*
Arcelaio M.P.XXX.
Germa M.P.XX.
Vindia M.P.XXXII.

Papyra M.P.XXXII.
Ancyra M.P.XXVII.

ITEM AB ANCYRA

Tabiam M.P.CXVI.*sic.*
Bolegalgus M.P.XXIIII.
Sarmalius M.P.XXIIII.
Ecobrogis M.P.XX.
Ad Apera M.P.XXIIII.
Tauia M.P.XXIIII.

ITEM A' TAVIA

Sebastiam M.P.CLXI.*sic.*
Corniaspa M.P.XXI.
Parbosena M.P.XXV.
Sibora M.P.XXV.
Agriane M.P.XX.
Simos M.P.XXX.
Sebastia M.P.XL.

ITEM A' TADIA

Per Sebastopolim Sebastiam usq; M.P.CLXVI.*sic.*
Mogaro M.P.XXX.
Darano M.P.XXIIII.
Serastopoli M.P.XL.
Verisa M.P.XXIIII.
Fiarasi M.P.XII.
Sebastia M.P.XXXVI.

ITEM AB ANCYRA

Per Nisam

Per Nisam Cæsaream usq; M.P.CXCVIII.sic.
Grorbeus M.P.XXIIII.
Orsologiaco M.P.XVIII.
Aspona M.P.XX.
Parnasso M.P.XXII.
Nisam M.P.XXIIII.
Osiana M.P.XXXII.
Saccasena M.P.XXVIII.
Cæsarea M.P.XXX.

ITEM A' CAESAREA

Satala M.P.CCCXXIIII.sic.
Eulapa M.P.XVI.
Armaca M.P.XXIIII.
Marandara M.P.XXVIII.
Scanatus M.P.XXXIX.
Sebastia M.P.XXVIII.
Camisa M.P.XXVII.
Zara M.P.XVIII.
Dagolasso M.P.XX.
Nicopoli M.P.XXIIII.
Olotedariza M.P.XXIIII.
Dracontes M.P.XXVI.
Haia M.P.XXIIII.
Satala M.P.XXVI.

ITEM A' SATALA

Melitena per Ripam Samusatum usq;
M.P.CCCXLI.sic.
Suisa M.P.XVII.

Asauracis M.P.XVIII.
Arausaucos M.P.XXVIII.
Sarsagis M.P.XXIIII.
Sineruas M.P.XXVIII.
Analiba M.P.XXVIII.
Zimara M.P.XVI.
Teucila M.P.XVI.
Sabus M.P.XXVIII.
Dascusa M.P.XVI.
Chiaca M.P.XXXII.
Melitena M.P.XVIII.
Miasena M.P.XII.
Hacotina M.P.XXVIII.
Perre M.P.XXXI.
Samusata M.P.VXIIII.

ITEM A' CAESAREA

Melitena M.P.CCXXVIII.sic.
Artaxata M.P.XXIIII.
CodoZalaba M.P.XXIIII.
Comana M.P.XXVI.
Siricis M.P.XXIIII.
Ptandaris M.P.XVI.
Arabisso M.P.XXII.
Osdara M.P.XXIX.
Dandexena M.P.XXIIII.
Arcas M.P.XXII.
Melitena M.P.XXIX.

ITEM A' CAESAREA

Ana*Z*arbo M.P.CCXII.*sic*.
Artaxata M.P.XXIIII.
Codo*Z*alaba M.P.XXIIII.
Comana M.P.XXVI.
Siricis M.P.XXIIII.
Cocuso M.P.XV.
Laranda M.P.XVIII.
Badimo M.P.XVIII.
Prætorio M.P.XXII.
Flauiada M.P.XXII.
Ana*Z*arbo M.P.XVIII.

ITEM A' SEBASTIA

Cocusso M.P.CCVI.*sic*.
In medio M.P.XXV.
Tonosa M.P.XXV.
In medio M.P.XXV.
Ariarathia M.P.XXV.
Dodu*Z*alaba M.P.XX.
Comana M.P.XXIIII.
Tandari M.P.XXIIII.
Cocusso M.P.XXXIX.

ITEM A' NICOCOLI

Ariabisso M.P.CCXXVI.*sic*.
Dagalasso M.P.XXIIII.
Zara M.P.XX.
Camisa M.P.XVIII.
Sebastia M.P.XXIIII.
In medio M.P.XXV.

Ariarathia M.P.XXV.
Coduzalaba M.P.XX.
Comana M.P.XXIIII.
Candari M.P.XXIIII.
Arabisso M.P.XXII.

ITEM A' SEBASTOPOLI

Cæsaream usq; M.P.CCXVII.sic.
Verisa M.P.XXIIII.
Siara M.P.XII.
Sebastia M.P.XXXVI.
Scenatus M.P.XXVIII.
Maiandara M.P.XXXIX.
Armaxa M.P.XXVIII.
Eulepa M.P.XXIIII.
Cæsarea M.P.XXVI.

ITEM COCVSO

Arabisso usq; M.P.LII.sic.
Ptandari M.P.XXVIII.
Arabisso M.P.XXIIII.

ITEM A' COCVSSO

Melitenam M.P.CXLII.sic.
Ptandari M.P.XXIX.
Arabisso M.P.XXII.
Asdara M.P.XXVIII.
Dandecena M.P.XXIIII.
Arcas M.P.XXII.
Melitena M.P.XXVIII.

ITEM A' MELITENA

Samusata M.P.XCI.sic.
Mesena M.P.XII.
Locotena M.P.XXVIII.
Perre M.P.XXVII.
Samusata M.P.XXVII.

ITEM A' NICOPOLIS

Satalam M.P.CXXII.sic.
Olotho edariza M.P.XXVII.
Carsat M.P.XXIIII.
Arauracos M.P.XXIIII.
Soissa M.P.XXIIII.
Satala M.P.XXVI.

ITEM A' TRAPEZVNTA

Satalam M.P.CXXXV.sic.
Aduicassimum M.P.XX.
Zigana M.P.XXIIII.
Thia M.P.XXIIII.
Sedissa Fiponti M.P.XVII.
Domana M.P.XXIIII.
Satala M.P.XVIII.

ITEM PER RIPAM A' Firminacio

Nicomediam M.P.MCXXXII.sic.
Cuppe M.P.XXIIII.
Nouas M.P.XXIIII.
Talia M.P.XII.

Agetæ M.P.XXI.
Aquis M.P.XVI.
Dortico M.P.X.
Bononia M.P.XVII.
Ratiaria lēg.XIIII.ḡg.M.P.XVIII.
Almo M.P.XVIII.
Cebro M.P.XVIII.
Augustis M.P.XVIII.
Variana M.P.XII.
Oescœo Legi mag. M.P.XV.
Vto M.P.XIIII.
Securiscæ M.P.XII.
Dimo M.P.XII.
Nouas legi bal M.P.XVII.
Sacidaua M.P.XVIII.
Triamammio M.P.VII.
Sexantapristis M.P.XII.
Tigra M.P.VIII.
Appiariæ M.P.XIII.
Transmariscam M.P.XVI.
Candidiana M.P.XIII.
Teclitio M.P.XII.
Dorosdoro lēg.XXI.CL.M.P.XII.
Sucidaua M.P.XVIII.
Axiupoli M.P.XII.
Capidaua M.P.XVIII.
Carso M.P.XVIII.
Cio M.P.X.
Beroe M.P.XIIII.
Trosmis lēg.L.

Ideſt Louia M·P·XVIII·

SCYTHICA

Arrubio M·P·IX·
Diniguttia M·P·IX·
Nouioduno Lec·II·
Herculex M·P·XX·
Aegiſo M·P·XXIIII·
Salſouia M·P·XVII·
Salmorude M·P·VIIII·
Vale Domitiana M·P·XVII·
Ad Salices M·P·XXVI·
Hiſtorio M·P·XXV·
Tomos M·P·XXXVI·
Callatis M·P·XXX·
Timogittia M·P·XVIII·
Dionyſopoli M·P·XXIIII·
Vdiſſo M·P·XXIIII·
Marcianopoli M·P·XVIII·
Soatrix M·P·XXVI·
Anchialis M·P·XXIIII·
Debeleo M·P·XXIIII·
Sadame M·P·XVIII·
Parpodizo M·P·XVIII·
Oſtodizo M·P·XXXII·
Burtudizo M·P·XVIII·
Bergule M·P·XVIII·
Drizipala M·P·XIIII·
Izrirallo M·P·XVI·

Heraclia M·P·XVIII·
Cænofrurio M·P·XVIII·
Melanciada M·P·XXVII·
Bizantio M·XVIII·
Panthetio M·P·XV·
Lybissa M·P·XXIIII·
Nicomedia M·P·XXII·

A' BEROA

Adrianopolim M·P·LXXXVII·sic·
Castra Larba M·P·XXX·
Burdipta M·P·XXV·
Adrianopolim M·P·XXXII·

ITEM DE PANNONIIS

In gallias per mediteranea Locat idest·

A' SIRMI

Per Sopianas Triueros usq;

A' SIRMI

Lauriaco M·P·CCCCXXXVII·

AVGVSTA VINDELEG.

AD FINES M·P·CXXXVI·

AD TREVEROS M·P·CCXXXI·

Vlmos M·P·XXVI·
Ciualis M·P·XXIIII·
Mursa M·P·XXII·

Antianis M.P.XXIIII.
Suppianis M.P.XXX.
Limusa M.P.XXII.
Silicenis M.P.XVI.
Valco M.P.XXVIII.
Mogetiana M.P.XXX.
Sabaria M.P.XXXVI.
Scarabantia M.P.XXXIIII.
Moteno M.P.XII.
Vindomona M.P.XXV.
Comagenis M.P.XXIIII.
Cetio M.P.XXII.
Arlape M.P.XXII.
Loco Felices M.P.XXVI.
Lauriaco M.P.XX.
Ouilabis M.P.XXVI.
Laciaco M.P.XXXII.
Louaui M.P.XXVIII.
Bidaio M.P.XXXVI.
Ponte Aeni M.P.XVIII.
Isinisca M.P.XX.
Ambre M.P.XXII.
Augusta Vindelic. M.P.XXVII.
Rostronemauiæ M.P.XXV.
Campoduno M.P.XXXII.
Væmania M.P.XV.
Brigandia M.P.XXIIII.
Arbore fœlicæ M.P.XX.
Ad Fines M.P.XX.
Vindones Leugas M.P.XXX.

Arialbinno M.P.XXIII.
Monte brisiaco M.P.XXX.
Argentorata M.P.XXXVIIII.
Tabernis M.P.XIIII.
Decimpagis M.P.XX.
Diuodoro M.P.XX.
Treueros M.P.XVI.

ITEM PER RIPAM PANNONIAE

A Dauruno in Gallis ad leg.XXX.

A DAVRINO

Lauriaco M.P.DLXXXVII.
Catusiacum M.P.VI.
Minaticum M.P.VII.
Muenna M.P.XVIII.
Duro Cordoro M.P.X.

ITEM A CARACOTINO

Augusto bonam M.P.CLIII.sic.
Iulio bona M.P.X.
Lotum M.P.VI.
Lato mago M.P.XIIII.
Ritu mago M.P.VIIII.
Petromantalum M.P.XVI.
Luticia M.P.XVIII.
Medeto M.P.XVIII.
Condate M.P.XV.
A gredicum M.P.XIII.
Clanum M.P.XVII.

Augusta Bona M.P.XVI.
Catusiacum M.P.VI.
Minaticum M.P.VII.
Muenna M.P.XVIII.
Durocordoro M.P.

ITEM A' RATOMAGO

Luteciam usq; M.P.LXXVII.sic.
Vggade M.P.VIIII.
Mediolano Aulercorum M.P.XIIII.
Durocasis M.P.XVII.
Diuduro M.P.XXII.
Luticia M.P.XV.

ITEM A' CAESEROMAGO

Luticiam usq; M.P.XLVI.sic.
Petromantalium M.P.XVIII.
Briua Isare M.P.XIIII.
Luticiam M.P.XV.

ITEM A' IVLIO BONA

Mediolanum M.P.XXXIIII.

ITEM A' IVLIO BONA

Durocasis M.P.LXXVII.sic.
Breui odorum M.P.XVII.
Nouio Mago M.P.XVII.
Condate M.P.XXIIII.
Durocasis M.P.X.

ITEM AB ANTEMANTVNNO

Iullo Leucorum usq; M.P.XLIII.sic.
Mosa M.P.XII.
Salimariaca M.P.XVI.
Iullum M.P.XV.

ITEM AB ANTEMANTVNNO

Cambatem M.P.CII.sic.
Varcia M.P.XVI.
Vesentione M.P.XXIIII.
Epamanduo duro M.P.XXXIII.
Cambate M.P.XXXI.

ITEM A' BALAVNA

Cobdate M.P.LXXVII.sic.
Consedie M.P.XX.
Fano Martis M.P.XXXII.
Ad Fines M.P.XXVII.
Condate M.P.XIX.

DE ITALIA

In Hispanias

A' MEDIOLANO

Vapinquo Transalpes Cottias mansionibus
suprascriptis M.P.CCLV.
Inde ad Galliciam ad Leugas.VII. geminam
DCCCCLXXV.sic.
Alamonte M.XVII.

Regustorone M.P.XVI.
A' Launio M.P.XXIIII.
Abteuilia M.P.XXVIII.
Cauellione M.P.XXII.
Arelate M.P.XXX.
Nemausum M.P.XIX.
Ambrussum M.P.XV.
Sextatione M.P.XV.
Forodomni M.P.XV.
Araura siue Teserone M.P.XVIII.
Beterras M.P.XII.
Narbone M.P.XVI.
Salsulis M.P.XXX.
Ad Stabulum M.P.XLVIII.
Ad Pirineum M.P.XVI.
Lunaria M.P.XVI.
Gerunda M.P.XXVII.
Barcenone M.P.LXVI.
Stabulo nouo M.P.LI.
Tarracone M.P.XXIIII.
Ilerda M.P.LXII.
Tolous M.P.XXXII.
Percusa M.P.XVIII.
Osca M.P.XXIX.
Cæsarea Augusta M.P.XLVI.
Cascanto M.P.L.
Calagorra M.P.XXIX.
Verala M.P.XXVIII.
Aritio M.P.XVIII.
Lybia M.P.XVIII.

Segasa Munclo M.P.VI.
Veronesca M.P.XI.
Segesamone M.P.XLVII.
Lacobrica M.P.XXX.
Camala M.P.XXIIII.
Lance M.P.XXIX.
Ad Leugas.VII.geminam M.P.IX.

ITEM AB ARELATO

Narbone M.P.CI.
Inde Tarracone M.P.CCXXIIII.
Inde Carthagine spartaria M.P.XXXLX.
Inde Castulone M.P.CCCIII.sic.
Nemausum M.P.XIIII.
Ambrussum M.P.XV.
Sextantione M.P.XV.
Foro domiti M.P.XV.
Cæserone M.P.XVIII.
Beternis M.P.XII.
Narbone M.P.XII.
Ad Vigisimum M.P.XX.
Combusta M.P.XIIII.
Ruscione M.P.VI.
Ad Centuriones M.P.XX.
Summo Pyreneo M.P.V.
Iuncaria M.P.XVI.
Cinniana M.P.XV.
Aquis Voconis M.P.XXIIII.
Secerras M.P.XV.

Prætorio M.P.XV.
Barcenone M.P.XVII.
Fines M.P.XX.
Antiſtiana M.P.XXVII.
Palfuriana M.P.XIII.
Terracone M.P.XVII.
Oleaſtrum M.P.XXI.
Traia Capita M.P.XXIIII.
Derdoſa M.P.XVII.
Intibili M.P.XXIIII.
Ildum M.P.XXIIII.
Sepelaci M.P.XXIIII.
Sacundum M.P.XXII.
Valentia M.P.XVI.
Sucronem M.P.XX.
Ad ſtatuas M.P.XXII.
Ad Turres M.P.VIIII.
A' Dello M.P.XXIIII.
Aſpis M.P.XXIIII.
Ilici M.P.XXIIII.
Thiar M.P.XXVII.
Carthagine ſpartaria M.P.XXV.
Eliocrota M.P.XLIIII.
Ad morum M.P.XXIIII.
Baſti M.P.XVI.
Acci M.P.XXV.
Accatuci M.P.XXVIII.
Viniolis M.P.XXIIII.
Mente ſabaſtiam M.P.XX.
Caſtulone M.P.XXII.

ITEM A' CORDVBA

Castulone M.P.XCVIIII.*sic*.
Calpurniana M.P.XXV.
Viratone M.P.XX.
Iliturgis M.P.XXXIIII.
Castulone M.P.XX.
Castulone M.P.LXXVIII.*sic*.
Epora M.P.XXVIII.
Veiense M.P.XVIII.
Castulone M.P.XXXII.

ITEM A' CASTVLONE

Malacam M.P.CCXCI.*sic*.
Tugia M.P.XXXV.
Fraxinum M.P.XVI.
Hactara M.P.XXIIII.
Acci M.P.XXXII.
Alba M.P.XXXII.
Vrgi M.P.XXIIII.
Turaniana M.P.XVI.
Murgi M.P.XII.
Saxetanum M.P.XXXVIII.
Cauiclum M.P.XVI.
Menoua M.P.XXXIIII.
Malaca M.P.XII.

ITEM A' MALACA

Gadis M.P.CXLV.*sic*.
Siuel M.P.XXI.

Cilniana

Cilniana M.P.XXIIII.
Barbariana M.P.XXXIIII.
Carpe Carcœiam M.P.X.
Posito Albo M.P.VI.
Mellaria M.P.XII.
Belone Glaudia M.P.VI.
Barbesul M.P.XXXIIII.
Calpe M.P.X.
Tartheiam M.P.X.
Besippone M.P.XII.
Mergablo M.P.VI.
Ad Herculem M.P.XII.
Gadis M.P.XII.

ITEM A' GADIS

Corduua M.P.CCXCV.sic.
Ad Pontem M.P.XII.
Portu Gaditano M.P.XIIII.
Hasta M.P.XVI.
Vgia M.P.XXVII.
Orippo M.P.XXIIII.
Hispali M.P.IX.
Basilippo M.P.XX.
Carula M.P.XXIIII.
Ilipa M.P.XVIII.
Ostippo M.P.XIIII.
Barba M.P.XX.
Anticaria M.P.XXIIII.
Angellas M.P.XXIII.
In Pagro M.P.XX.

Vlia M·P·X·
Corduba M·P·XVIII·

ITEM AB HISPALI

Corduba M·P·XCIIII·sic·
A' Bucula M·P·XLII·
Astigi M·P·XVI·
Adaras M·P·XII·
Corduba M·P·XXIIII·

AB HISPALI

Italicam

ITEM AB HISPALI

Emeritam M·P·CLXV·sic·
Carmone M·P·XXII·
A' Bucula M·P·XX·
Astici M·P·XV·
Celti M·P·XXXVII·
Regiana M·P·XLIIII·
Emerita M·P·XXIIII·

ITEM A' CORDVBA

Emeritam M·P·CLXI·sic·
Equa bona M·P·XII·
Catobrica M·P·XII·
Ciciliana M·P·VIII·
Malceca M·P·XXVI·
Salacia M·P·XII·
Ebora M·P·XLIIII·

Ad Adrum Flumen M.P.IX.
Euandriana M.P.XVII.
Emerita M.P.IX.

A' SALACIA

Osso Bona M.P.XVI.

ALIO ITINERE AB Olis in Pone

Emeritam M.P.CXLV.sic.
Aritio Prætorio M.P.XXXVIII.
Ab Elteri M.P.XXVIII.
Matusaro M.P.XXVII.
Ad Septem Aras M.P.VIII.
Budua M.P.XII.
Plagiari M.P.VIII.
Emerita M.P.XXX.

ITEM ALIO Itinere ab Olis in Pone

Emeritam M.P.CCXX.sic.
Gerabrica M.P.XXX.
Scallabin M.P.XXXII.
Tubuci M.P.XXXII.
Fraxinum M.P.XXXII.
Mundobrica M.P.XXX.
Ad Septem Aras M.P.XIIII.
Plagiaria M.P.XX.
Emerita M.P.XXX.

ITEM AB OLIS
IN PONE

Bragaram Augustam M.P.CCXLIIII.
Ierabricam M.P.XXX.
Scalabin M.P.XXXII.
Cellium M.P.XXXII.
Conembricæ M.P.XXXIIII.
Eminio M.P.X.
Talabricæ M.P.XL.
Langobricæ M.P.XVIII.
Calem M.P.XIII.
Bragara M.P.XXXV.

ITEM A' BRAGARA

Asturicam M.P.CCXLVII.sic.
Salacia M.P.XX.
Præsidio M.P.XXVI.
Caladuno M.P.XXVI.
Ad Aquas M.P.XVIII.
Pinetum M.P.XX.
Roboretum M.P.XXXVI.
Compleuticæ M.P.XXVIIII.
Vernacia M.P.XXV.
Petauonum M.P.XXVIII.
Argentiolum M.P.XV.
Asturicæ M.P.XIIII.

ITEM PER LOCA MARITIMA

A' Bracara Vsturicam M.P.CCVII.
Aquis Celenis Stadia CLXV.
Vico Spacorum Stadia CXCV.
Ad duos pontes Stadia CL.

Grandi Miro Stadia CLXXX.
Trigundo M.P.XXII.
Brigantium M.P.XXX.
Caranico M.P.XVIII.
Luco Augusti M.P.XVIII.
Timalimo M.P.XXII.
Ponte Neuie M.P.XII.
Vttari M.P.XX.
Bergido M.P.XVI.
Asturica M.P.L.

ITEM DE ESVRI

Pace Iulia M.P.CCLXVII.sic.
Balsa M.P.XXIIII.
Ossonoua M.P.XVI.
Aranni M.P.LX.
Rarapia M.P.XXXV.
Eboram M.P.XLIIII.
Serpa M.P.XIII.
Fines M.P.XX.
Aruci M.P.XXV.
Pace Iulia M.P.XXX.

ITEM ALIO ITINERE A' Bracara

Asturicam M.P.CCXV.sic.
Salaniana M.P.XXI.
Aquis Originis M.P.XVIII.
Aquis Querquennis M.P.XIIII.
Geminas M.P.XVI.
Salientibus M.P.XVIII.

Præsidio M.P.VIII.
Nemotobrica M.P.XIII.
Foro M.P.XVIIII.
Gemestario M.P.XVIII.
Belgido M.P.XIII.
Inter Eraconio Flauio M.P.XX.
Asturica M.P.XXX.

ITEM A' BRAGARA

Adsturicam M.P.CCXCVIIII.sic.
Limia M.P.XVIIII.
Tude M.P.XXIIII.
Burbida M.P.XVI.
Turoqua M.P.XVI.
Aquis Celinis M.P.XXVII.
Pria M.P.XII.
Assecoma M.P.XXIII.
Breuis M.P.XII.
Martie M.P.XX.
Loco Augusti M.P.XIII.
Timalino M.P.XXII.
Ponte Neuie M.P.XX.
Vt Carris M.P.XX.
Bergido M.P.XVI.
Interamnio Flauio M.P.XX.
Asturica M.P.XXX.

ITEM AB ESVRI Per compendium

Pace Iulia M.P.LXXVI.sic.
Mystili M.P.XL.

Pace Iulia M.P.XXXVI.

ITEM AB OSTO FLVMINIS ANI

Emeritam usq; M.P.CCCXIII.sic.
Præsidio M.P.XXIII.
Ad Rubras M.P.XVII.
Onoua M.P.XXVIII.
Ilipa M.P.XXX.
Tucci M.P.XXI.
Italica M.P.XVIII.
Montem Ariorum M.P.XLVI.
Curica M.P.XLIX.
Contributa M.P.XXIIII.
Perceiana M.P.XX.
Emerita M.P.XXIIII.

ITEM AB EMERITA

Cæsar Augusta M.P.DCXXXII.sic.
Ad Sorores M.P.XXVI.
Castris Celicis M.P.XX.
Turmulos M.P.XX.
Rusticiana M.P.XXII.
Capara M.P.XXII.
Cecilioni M.P.XXII.
Ad Lippos M.P.XII.
Sentice M.P.XV.
Salmatice M.P.XXIIII.
Sabariam M.P.XXI.
Ocelo Duri M.P.XXI.
Albucella M.P.XXII.

Amallobricæ M.P.XXVII.
Septimancæ M.P.XXIIII.
Nincaria M.P.XXII.
Caucæ M.P.XXII.
Secouia M.P.XIX.
Miacum M.P.XXIIII.
Titulcia M.P.XXIIII.
Complutum M.P.XXX.
Arriacæ M.P.XXII.
Cesatæ M.P.XXIIII.
Segonciæ M.P.XXIII.
Arcobricæ M.P.XXIII.
Aquæ Bilba cenorum M.P.XVI.
Bilbili M.P.XXIIII.
Nitobricæ M.P.XXI.
Secontia M.P.XIX.
Cæsar Augusta M.P.XVI.

ALIO ITINERE AB EMERITA

Cæsaream Augustam M.P.CCCXLVIII.sic.
Lacipea M.P.XX.
Leuciana M.P.XXIIII.
Augustobricæ M.P.XII.
Toletum M.P.LV.
Tituleiam M.P.XXIIII.
Complutum M.P.XXX.
Arriacæ M.P.XXII.
Cesatæ M.P.XXIIII.
Secontia M.P.XXIII.
Arcobricæ M.P.XXIII.

Aquæ Bilbitanorum M.P.XVI.
Bilbili M.P.XXIIII.
Nertobrica M.P.XXI.
Secontia M.P.XIIII.
Cæsarea Augusta M.P.XVI.

ITEM AB ASTVRICA

Cæsarea Augusta M.P.CCCCXCVII.sic.
Betunia M.P.XX.
Bricico M.P.XX.
Vico Aquario M.P.XXXII.
Ocæso Duro M.P.XXI.
Titulciam mansionibus suprascriptis CXCIII.
Cæsarea Augusta mansionibus suprascriptis M.P.CCXV.

ITEM AB ASTVRICA Per Cantabria

Cæsar Augusta M.P.CCCI.sic.
Brigeco M.P.XL.
Intercatia M.P.XX.
Tela M.P.XXII.
Pintiam M.P.
Raudacluniam M.P.XXVI.
Va- nam M.P.XXIIII.
Voluce M.P.XXV.
Namantia M.P.XXV.
Augustobriga M.P.XXVII.
Turiassone M.P.XVI.
Carraui M.P.XVIII.
Cæsar Augusta M.P.XXXVII.

ITEM A' TVRASONE

Cæsar Augusta M.P.LVI.*sic.*
Balsione M.P.XX.
Allobone M.P.XX.
Cæsar Augusta M.P.XVI.

PER LVSITANIAM AB EMERITA

Cæsarea Augusta M.P.CCCCLVIII.*sic.*
Contosolia M.P.XII.
Mirobriga M.P.XXXVI.
Sisalone M.P.XXII.
Carcuuium M.P.XX.
Ad Turres M.P.XVI.
Mariana M.P.XXIIII.
Lamim M.P.XXX.
Alces M.P.XL.
Vico Cominario M.P.XXIIII.
Titulciam M.P.XVIII.
Cæsarea Augusta mansionibus suprascriptis M.P. CCXV.

ITEM A' LIMINIO

Toletum M.P.XCV.*sic.*
Murum M.P.VII.
Consabro M.P.XXVIII.
Toletum M.P.XLIIII.

ITEM A' LIMINIO ALIO ITINERE

Cæsarea Augusta M.P.CCXLVIIII.

Capite Fluminis Ane M.P.VII.
Libisosia M.P.XIIII.
Parietinis M.P.XXII.
Saltici M.P.XV.
Ad Putea M.P.XXXII.
Valeponga M.P.XL.
Vrbiaca M.P.XXV.
Albonica M.P.XXV.
Agiria M.P.III.
Care M.P.XX.
Sermone M.P.VIIII.
Cæsaria Augusta M.P.XXVIII.

ITEM A' BASTVRICA

Terracone M.P.CCCCLXXXVI.sic.
Vallata M.P.XVI.
Interamnio. M.P.XVI.
Palantia M.P.XIIII.
Viminacio M.P.XXXI.
Lacobricam M.P.X.
Dessobrica M.P.XV.
Legisamone M.P.XV.
Deobricula M.P.XV.
Tricium M.P.XXI.
Viro Venna M.P.XI.
Atiliana M.P.XXX.
Barbariana M.P.XXXII.
Cracuris M.P.XXXII.
Bellissone M.P.XXVIII.
Cæsarea Augusta M.P.XXXVI.

Gallicum M.P.XV.
Bostine M.P.XVIII.
Oscam M.P.XII.
Caum M.P.XXIX.
Mediculeia M.P.XIX.
Ilerda M.P.XXII.
Ad Nouas M.P.XVIII.
Ad Septimum M.P.XIII.
Terracone M.P.XVII.

ITER A' CAESAREA AVGVSTA

Benearno M.P.CXII.sic.
Foro Gallorum M.P.XXX.
Ebellano M.P.XXII.
Summo Pyreneo M.P.XXIIII.
Foro Ligneo M.P.V.
Asparluca M.P.VII.
Ilurone M.P.XII.
Benearnum M.P.XII.

DE HISPANIA IN EQVITANIA AB ASTVRICA

Burdicalam M.P.CCCCXXI.sic.
Vallata M.P.XVI.
Interamnio M.P.XIII.
Pera Lancia M.P.XIIII.
Viminacio M.P.XXX.
Lacobricam M.P.XV.
Legisamone M.P.XV.
Theobricula M.P.XV.

Tritium M·P·XXI·
Virouesca M·P·XI·
Vindeleia M·P·XII·
Deobrica M·P·XIIII·
Beleia M·P·XV·
Suissatio M·P·VII·
Tullonio M·P·VII·
Alba M·P·XII·
Araceli M·P·XXI·
Inde Augusta Vindelicum M·P·CCXXI·
Argentorato M·P·CCCXXII·
Ad lēg. M·P·XXX·
A' Laurino M·P·XXV·
Ritti M·P·XXXII·

IN MEDIO

A' Timunti M·P·CXII·sic·
Cusi M·P·XXXIII·
Bononia M·P·XVI·
Cucci M·P·XVI·
Cornaco M·P·XVI·
Tentiburgio M·P·XVI·
Mursa M·P·XVI·
Ad Nouas & Aureo monte·
Antianis M·P·XXIIII·
Altino in medio legione M·P·XXV·
Ad statuas in medio Alisca ad latus Ripa alta M·P·XXXVIIII·
Lussunio M·P·XVIII·
Anamatia in medio intercisa M·P·XXIIII·

Vetus Salinas in medio Matrica M.P.XXVI.
Campania in medio à Quinquo legu adiut.
M.P.XXIIII.
Alaco Fœlicis in medio M.P.XXXIII.
Crumero A Zao in medio Bregitione legi ad
Vit M.P.XVIII.
Ad muros & ad statuas In medio ad Ro-
bona M.P.XXX.
Quadratis in medio Flexo M.P.XXII.
Gerulata in medio Carnunto M.P.XXX.
Lēg.XIIII.ḡḡ.gemina
Aequinoctio & Ala noua in medio Vindo-
bona M.P.XXVIII.
Lēg.X.gēm.
Comagenis M.P.XXX.
Cecio M.P.XXX.
Arlape M.P.XX.
Laco Fœlicis M.P.XXV.
Lauriaco M.P.XXV.Lēg.III.
Ouilatus M.P.XVI.
Louiaco M.P.XXVII.
Stanaco M.P.XVIII.
Bolodoro M.P.XX.
Quintianis M.P.XXIIII.
Augustis M.P.XX.
Regio M.P.XXIIII.
Abusina M.P.XX
Vallato M.P.XVIII.
Sumuntorio M.P.XVI.
Augusta Vindelicum M.P.XX.

Guntia M·P·XXII·
Cælio monte M·P·XVI·
Camboduno M·P·XIIII·
Vemania M·P·XV·
Brigentia M·P·XXIIII·
Arbore Fœlice M·P·XX·
Finibus M·P·XX·
Vitudoro M·P·XXII·lēg·
Vindoniſſa M·P·XXIII·
Rauracis M·P·XXVII·
Artalbinno M·P·XVII·
Vruncis M·P·XXII·
Monte Briſiaco M·P·XXIII·
Helueto M·P·XXVIII·
Argentorato M·P·XXIX·
Brocomago M·P·XX·
Concordia M·P·XVIII·
Nouiomago M·P·XX·
Bingio M·P·XXV·
Anturnaco M·P·XVII·
Boudobrica M·P·XIX·
Bonna M·P·XXII.
Colonia Agrippina lēg·
Durnomago lēg·VII·Ala·
Burunco lēg·V·Ala·
Neuenſio lēg·V·Ala·
Gelduba lēg·IX·Ala·
Calone lēg·IX·Ala·
Veteris lēg·XXI·
Caſtra Vlpia lēg·XXX·

Buranatio lēg. VI. Ala
Aranatio lēg. X. Ala

ITEM A' LAVRIACO

Veldidena M.P.CCLXVI.sic.
Ouilauis M.P.X.
Laciaco M.P.XXXII.
Louaui M.P.XXVIII.
Bidaio M.P.XXIII.
Ponte Aeni M.P.XVIII.
Isinisco M.P.XX.
Ambre M.P.XXXIII.
Ad pontes Tessenios M.P.XL.
Parthano M.P.XX.
Veldidena M.P.XXIII.

ITEM A' LAVRIACO

Per medium Augustæ vindelicum siue brigantiæ
M.P.CCCX.sic.
Ouilauis M.P.XXVI.
Laciaco M.P.XXXII.
Louaui M.P.XXVIII.
Bidaio M.P.XXXIII.
Ponte Aeni M.P.XVIII.
Isinisco M.P.XX.
Ambre M.P.XXXII.
Augustæ Vindelicus M.P.XXXVII.
Rostro Nemauiæ M.P.XXV.
Campoduno M.P.XXXII.

Vemania

Vemania M·P·XV·
Brigentia M·P·XXIIII·

ITEM A' PONTE AENI·

Ad castra M·P·CL·*sic*·
Turo M·P·XLIII·
Louisura M·P·LXIIII·
Ad Castra M·P·LXII·

ITEM A' PONTE AENI

Veldidena M·P·XC·*sic*·
Albiano M·P·XXXVIII·
Masciaco M·P·XXVI·
Veldidena M·P·XXVI·

ITEM AB HEMONIA

Per Sisciam Sirmi usq; M·P·CCCXI·*sic*·
Prætorio latouicorum M·P·XXXIIII·
Nouioduno M·P·XXXI·
Quadrata M·P·XXVIII·
Siscia M·P·XXVIIII·
Varianis M·P·XXIII·
Menneianis M·P·XXVI·
Incero M·P·XXVIII·
Sed mansio Augusti In prætorio est·
Pecentino M·P·XXV·
Leucono M·P·XXVI·
Cirtisa M·P·XV·
Cibalis M·P·XXII·
Vlmos M·P·XXXII·

Sirmi M.P.XXVI.

ITEM A' VINDEBONA

Pœtouione M.P.CLXXXIIII.ſic.
Aquis M.P.XXVIII.
Scarabantia M.P.XXI.
Sabaria M.P.XXXIIII.
Arrabonæ M.P.XX.
Alicano M.P.XL.
Inmedio Curta Pœtouione M.P.XXXI.

ITEM A' POETOVIONE

Carnunto M.P.CLXXIIII.ſic.
Halicano M.P.XXXI.
Salle M.P.XXX.
Sauaiua M.P.XXXI.
Scaruantia M.P.XXXIIII.
Carnunto M.P.XXXVIII.

A' SABARIA

Bregetione M.P.CII.ſic.
Baſſiana M.P.XVIII.
Murſella M.P.XXXIIII.
Arrabona M.P.XX.
Bregitione M.P.XXX.

A' SABARIA

A' Quinquo M.P.CLXVIIII.ſic.
Meſtrianis M.P.XXX.
Mogentianis M.P.XXXV.

Cæsarea M.P.XXX.
Osonibus M.P.XXVIII.
Floriana M.P.XXVIII.
Acinquo M.P.XXX.

ASOPIANAS

Acinquo M.P.CXXXV.sic.
Ponte sociorum M.P.XXV.
Valle Cariniana M.P.XXX.
Gorsio siue Hercul M.P.XXX.
Lasulonibus M.P.XXV.
Acinquo M.P.XXV.

ITEM ASOPIANAS

Bregitione M.P.C.sic.
Louia M.P.XXXII.
Gustiana M.P.XXV.
Herculia M.P.XX.
Floriana M.P.XV.
Bregentione M.P.VIII.

DE ITALIA PER HISTRIAM

In Dalmatias.

ITEM A' SICIA
Mursam M.P.CXXXIIII.sic.
Varianis M.P.XXIIII.
Aquis Balissis M.P.XXX.
Inicero M.P.XXV.
Strauianis M.P.XXIIII.

Mursa M·P·XXX·

A' POETAVIONE

Siscia M·P·C·sic·
Aqua Viua M·P·XVIIII·
Pyrri M·P·XXX·
Dautona M·P·XXIIII·
Siscia M·P·XXVII·

A' SABARIA

Vindobonia M·P·LXXXVIII·sic·
Scarabantia M·P·XXXIIII·
Muteno M·P·XVIII·
Vindobona M·P·XXXVI·

ITEM A' BICINQVO

Crumeroq; Castra constituta Sintio M·P·XLII·sic·
Vlasia Castra M·P·VIIII·
Cirpi mansio M·P·XII·
Ad Herculem Castra M·P·XII·
Solua mansio M·P·VIIII·

ITEM A' SIRMI

Carnuto M·P·CCCXI·sic·
Vlmo M·P·XXVI·
Cibalis M·P·XXIIII·
Mura M·P·XXII·
Ancianis M·P·XXIIII·
Sopianis M·P·XXX·

Ponte mansuetina M.P.XXV.
Tricciana M.P.XXX.
Cimbrianis M.P.XXV.
Crispiana M.P.XXV.
Arrabona M.P.XXV.
Flexo M.P.XXV.
Carnunto M.P.XXX.

ITEM A' SIRMIO

Salonas M.P.CCLXXVI.sic.
Budalia M.P.VIII.
Hispaneta M.P.VIII.
Vlmos M.P.X.
Cibalis M.P.XXII.
Cirtisia M.P.XXIIII.
Vrbatæ M.P.XXV.
Seruitti M.P.XXIIII.
Ad Ladios M.P.XXIIII.
Aemate M.P.XVIII.
Leusana M.P.XIII.
Sarnade M.P.XVIII.
Siluæ M.P.XXIIII.
Pelua M.P.XVIII.
Aequo M.P.XVII.
Salonas M.P.XXI.

ITEM AB AQVILEIA PER HISTRIAM

Extra mare Salonas M.P.CXCVIIII.sic.
Fonte Timaui M.P.XII.

Tergeste M.P.XII.
Ningum M.P.XXVIII.
Parentium M.P.XVIII.
Pola M.P.XXI.
Traiectus sinus Liburnici
Iader usq; Stadia CCCCL.
Blandona M.P.XX.
Arausa M.P.XX.
Prætorio M.P.XXX.
Tragurio M.P.XVI.
Salonas M.P.XIII.
Per Lyburniam Sisciam M.P.CCXIII.sic.
Fonte Timaui M.P.XVI.
A' Vesicat M.P.XII.
Ad malum M.P.XVIII.
Ad Titulos M.P.XVIII.
Tharsatico M.P.XVIII.
Ad Turres M.P.XX.
Senia M.P.XX.
Auendone M.P.XVIII.
Arupio M.P.X.
Bibium M.P.X.
Romula M.P.X.
Quadranta M.P.XIIII.
Ad fines M.P.XIIII.
Siscie M.P.XXI.

ITEM A' BAVCIA VENDELICVM

Verona M.P.CCLXXII.sic.
Abuzato M.P.XXXVI.

Parthano M.P.XXX.
Veldudena M.P.XXX.
Vipiteno M.P.XXXVI.
Sublauione M.P.XXXII.
Endidei M.P.XXIIII.
Tridento M.P.XXIIII.
Ad Palatium M.P.XXIIII.
Verona M.P.XXXVI.

AB AQVILEIA

Lauriaco M.P.CCLXXII.sic.
Viam Beloio M.P.XXX.
Larice M.P.XXIIII.
Santico M.P.XXVII.
Viruno M.P.XXX.
Candalicas M.P.XX.
Montana M.P.XXX.
Sabatinca M.P.XVIII.
Gabrumago M.P.XXX.
Tutatione M.P.XX.
Ouilauis M.P.XX.
Lauriaco M.P.XXVI.

A' BRIGANTIA PER LACVM

Mediolanum usq; M.P.CXXXVIII.sic.
Curia M.P.L.
Tinnetione M.P.XX.
Muro M.P.XV.
Summo Laco M.P.XXX.
Como M.P.XV.

Mediolano M·P·XVIII·

ALIO ITINERE

A' Brictntia Comon M·P·CXCV·sic·
Curia M·P·L·
Taruesede M·P·LX·
Clauenna M·P·XV·
Ad Lacum Comacenum M·P·X·
Per Lacum Comum usq; M·P·LX·

ITEM AB AQVILEIA

Per Compendium Veldidena M·P·CCXV·sic·
Ad Tricesimum M·P·XXX·
Iulia Carnico M·P·XXX·
Loncio M·P·XVI·
Agunto M·P·XVIII·
Littamo M·P·XXVI·
Sebato M·P·XXIII·
Vipiteno M·P·XXXIII·
Veldidena M·P·XXXVI·

AB VBITERGIO

Tridento M·P·CX·sic·
Ad Cepasias M·P·XXVIII·
Feltria M·P·XXVIII·
Ausugo M·P·XXX·
Tridento M·P·XXIIII

ITEM AB AQVILEIA

Bononiam M·P·CCXVI·sic·

Concordia M.P.XXXI.
Altino M.P.XXXI.
Patauis M.P.XXXII.
Ateste M.P.XXV.
Aneiano M.P.XX.
Vico Variano M.P.XVII.
Vico Sernino M.P.XX.
Motina M.P.XXIII.
Bononia M.P.XVIII.

A' VERONA

Bononia M.P.CV.sic.
Hostilia M.P.XXX.
Colicaria M.P.XXV.
Mutina M.P.XXV.
Bononia M.P.XXV.

A' VERCELLAS

Laude M.P.LXX.sic.
Laumello M.P.XXV.
Ticino M.P.XXII.
Laude M.P.XIII.

A' CREMONA

Bononia M.P.CXII.sic.
Brixello M.P.XXX.
Rego M.P.XL.
Mutina M.P.XXVII.
Bononia M.P.XXV.

ITEM A' FAVENTIA

Lucā M·P·CXX·sic.
In Castello M·P·XXV.
Anneiano M·P·XXV.
Forentia M·P·XX.
Pistores M·P·XXV.
Lucā M·P·XXV.

ITEM A' PER ME LOCA M·P·C.

VIA CLODIA

ITEM A' LVCA

Romam per Clodiam M·P·CCXXXVIII.
Pistores M·P·XXV.
Florentia M·P·XXV.
Ad fines siue Casas Cæsarianas M·P·XXV.
Arretio M·P·XXV.
Ad Statuas M·P·XXV.
Clusio M·P·XII.
Vulsinis M·P·XXX.
Foro Cassi M·P·XXVIII.
Sutrio M·P·XI.
Baccanas M·P·XII.
Roma M·P·XXI.

ITEM A' ROMA

Foro Clodij M·P·XXXII.

ITEM AB ARIMINO

Dertonam M.P.CCXXIX.sic.
Curua Cæsena M.P.XX.
Foro Liui M.P.XIII.
Fauentia M.P.X.
Foro Corneli M.P.X.
Claterina M.P.XVI.
Bononia M.P.X.
Mutina M.P.XXV.
Regio M.P.XXVIII.
Tannetum M.P.X.
Parma M.P.VIIII.
Fidentia M.P.XV.
Florentia M.P.X.
Placentia M.P.XV.
Cumillo M.P.XXV.
Iria M.P.XVI.
Dertona M.P.X.

ITEM A' LVCA

Pisis M.P.XII.

ITEM A' LVCA

Lune M.P.XXXIII.

VIA AVRELIA A' ROMA PER TVSCIAM ET Alpes Maritimas.

Arelatum usq; DCCXCVI.sic.
Loria M.P.XII.

Ad Turres M·P·X·
Pyrgos M·P·XII·
Castro nouo M·P·VIII·
Centum cellis M·P·V·
Martha M·P·X·
Forum Aureli M·P·XIIII·
Cosam M·P·XXV·
Ad Lacum Aprilem M·P·XXII·
Saleprone M·P·XII·
Manliana M·P·IX·
Populonio M·P·XII·
Vadis Volaterris M·P·XXV·
Ad Herculem M·P·XVII·
Pissæ M·P·XIII·
Papiriana M·P·XI·
Tune M·P·XII·
Boaceas M·P·XII·
Bodecia M·P·XXVIII·
Tecolata M·P·XII·
Delphinis M·P·XXI·
Genua M·P·XII·
Libarum M·P·XXXVI·
Dertona M·P·XXXV·
Aquis M·P·XXVIII·
Crixia M·P·XX·
Canalico M·P·X·
Vadis Sabbatis M·P·XII·
Pollupice M·P·XII·
Albingauno M·P·VIII·
Locobormani M·P·XV·

Costa Ballene M.P.XVI.
Albintimilio M.P.XVI.
Lumone M.P.X.
Alpe Summa M.P.VI.

VSQVE HVC ITALIA.

HINC GALLIA

Cemenelo M.P.IX.
Varum flumine M.P.VI.
Antipoli M.P.X.
Ad Horrea M.P.XII.
Forum Iuli M.P.XVIII.
Forum Voconi M.P.XII.
Mantauonio M.P.XII.
Ad Turrem M.P.XIIII.
Tetolata M.P.XVI.
Aquis Sextis M.P.XV.
Massilia M.P.XVIII.
Calcatria M.P.XIIII.
Fossis Marianis M.P.XXXIIII.
Arelate M.P.XXXIII.

A' LITERA

Romacosso M.P.LXI.sic.
Cereias M.P.XV.
Aquis Apollenaris M.P.XIX.
Tarquinios M.P.XII.
Cosam M.P.XV.

ITEM A' ROMA PER PORTVM

Centum Cellis M.P.LXIX.sic.
In Portum M.P.XIX.
Fregenas M.P.IX.
Alsio M.P.IX.
Ad Turres M.P.IIII.
Pyrgos M.P.XII.
Castro Nouo M.P.VIII.
Centum Cellis M.P.VIII.

AB VRBE

Hostis M.P.XVI.
Laurento M.P.XVI.
Lauinio M.P.XVI.

PRAENESTINA
AB VRBE

Beneuento usq; M.P.CLXXXVIII.sic.
Gabrios M.P.XV.
Præneste M.P.XI.
Sub Anagnie M.P.XXIIII.
Ferentino M.P.VIII.
Frusione M.P.VII.
Fregelano M.P.XIIII.
Fabrateria M.P.XIII.
Aquino M.P.VIII.
Casino M.P.VII.
Venafro M.P.XVI.
Theano M.P.XVIII.

Aliſas M·P·XVI·
Teleſia M·P·XXVI·
Beneuento M·P·XVIII·

LAVICANA AB VRBE

Veneuento uſq; M·P·CLXX·ſic·
Ad Quintanas M·P·XV·
Ad Pictas M·P·X·
Compitum M·P·XV·
Ferentino M·P·VIII·
Fruſione M·P·VII·
Fregelano M·P·XIIII·
Beneuento manſionibus quibus & In Præneſtina M·P·CI·

LATINA AB VRBE

Ad decimum M·P·X·
Roboraria M·P·III.
Ad Pictas M·P·XVII·
Compitum M·P·XV·

INTRAT IN LAVICANAM
SALARIA AB VRBE

Atrie uſq; M·P·CLVI·ſic·
Ereto M·P·XVIII·
Vico Nouo M·P·XIIII·
Reate M·P·XVI·
Cutilias M·P·XVIII·
Inter Ocrio M·P·VI·

Falacrino M.P.XVI.
Vico Badies M.P.IX.
Ad centeſimum M.P.X.
Aſelo M.P.XII.
Caſtro Tuentino M.P.XX.
Caſtro Nouo M.P.XII.
Alantone M.P.XVI.
Pompelone M.P.VIII.
Turiſſa M.P.XXII.
Summo Pyrineo M.P.XVIII.
Imo Pyrineo M.P.V.
Caraſa M.P.XII.
Aquis terræ Bellias M.P.XXXIX.
Moſconnum M.P.XVI.
Segoſa M.P.XII.
Loſa M.P.XII.
Boios M.P.VII.
Burdigalam M.P.XVI.

ITEM AB AQVIS TERREBELLICIS

Burdigalam M.P.LXIIII.ſic.
Coequoſa M.P.XVI.
Telonnum M.P.XVIII.
Salomaco M.P.XII.
Burdicala M.P.XVIII.

ITEM AB AQVIS TERREBELLICIS

Toloſam M.P.CXXX.ſic.

Beneharnum

Beneharnum M.P.XVIIII.
Oppido nouo M.P.XVIII.
Aqui Conuenarum M.P.VIII.
Lugudunum M.P.XVI.
Calagorgis M.P.XXVI.
Aquis Sicis M.P.XVI.
Vernosole M.P.XII.
Tolosa M.P.XV.

DE AQVITANICA IN GALLIAS

ITEM A' BVRDIGALA

Augustodunum M.P.LXXIIII.sic.
Blauuto M.P.XIX.
Tamnum M.P.XVI.
Nouio Regum M.P.XII.
Mediolanum Santonum M.P.XVI.
Aunedõnacum M.P.XVI.
Rauranum M.P.XX.
Lomonum M.P.XXI.
Fines M.P.XXI.
Agrantomago M.P.XXI.
Ernodorum M.P.XXVI.
Auaricum M.P.XIII.
Tincontium M.P.XX.
Decide M.P.XXII.
Alisincum M.P.XIIII.
Augustodunum M.P.XXII.

DE AQVITANIA IN GALLIAS

ITEM A' BVRDIGALA

Argontomago M.P.CXCVII.sic.
Sirione M.P.XV.
Vssubium M.P.XX.
Fines M.P.XXIIII.
Aginnum M.P.XV.
Excisum M.P.XIII.
Trauectus M.P.XXI.
Vesunna M.P.XVIII.
Fines M.P.XXI.
Augustoricum M.P.XXVIII.
Arganto mago M.P.XXI.

ITEM AB AGINNO

Lugdunum M.P.LXV.sic.
Lactura M.P.XV.
Climberrum M.P.XV.
Bersino M.P.XII.
Lugdunum M.P.XXIII.

ITER BRITANIARVM A' GESSORIACO

De Gallis Ritupis in portu Britaniarum Stadio numero. CCCCL.

A' LIMITE IDEST

A' Vallo prætorio usq; M.P.CLVI.
Ab Remaenio Corstopilum M.P.XX.

Vindomora M.P.VIIII.
Vinouia M.P.XVIIII.
Cataractoni M.P.XXII.
Isurium M.P.XXIIII.
Eburacum Leug.VI.
Victrix M.P.XVII.
Deruentione M.P.VII.
Delgouitia M.P.XIII.
Prætorio M.P.XXV.

ITEM A' VALLO

Ad portum ritupis M.P.CCCCLXXXI.sic.
Ablato Bulgio Castra exploratorum M.P.XII.
Lugu Vallo M.P.XII.
Voreda M.P.XIIII.
Brouonacis M.P.XIII.
Verteris M.P.XIII.
Lauatris M.P.XIIII.
Cataractone M.P.XVI.
Isuriam M.P.XXIIII.
Eburacum M.P.XVIII.
Caatria M.P.VIIII.
Camboduno M.P.XX.
Mamucio M.P.XVIII.
Condate M.P.XVIII.
Deualeg. XX uia M.P.XX.
Bouio M.P.X.
Mediolano M.P.XX.
Rutunio M.P.XII.
Vrio Conio M.P.XI.

Vxacona M.P.XI.
Penno Crucio M.P.XII.
Etoceto M.P.XII.
Mandues Sedo M.P.XVI.
Venonis M.P.XII.
Bennauenta M.P.XVI.
Lactodoro M.P.XII.
Magio Vinto M.P.XVII.
Duro Cobriuis M.P.XII.
Vero Lamio M.P.XII.
Sullomacis M.P.IX.
Londinio M.P.XII.
Nouiomago M.P.X.
Vagniacis M.P.XVIII.
Duroprouis M.P.IX.
Duroleuo M.P.XVI.
Duror Verno M.P.XII.
Ad Portum Ritupis M.P.XII.

ITEM A' LONDINIO

Ad Portum Dubris M.P.XIIII.
Dubobrus M.P.XXVII.
Duraruenno M.P.XV.
Ad Portum Dubris M.P.XIIII.

ITEM A' LONDINIO

Ad Portum Lemanis M.P.LXVIII.sic.
Durobriuis M.P.XXVII.
Duraruenno M.P.XXV.
Ad Portum Lemanis M.P.XVI.

ITEM A' LONDINIO

Luguualio ad Vallum M.P.CCCCXLIII.*sic.*
Cæsaromago M.P.XXVIII.
Colonia M.P.XXIIII.
Villa Faustini M.P.XXXV.
Icianos M.P.XVIII.
Camborico M.P.XXXV.
Duroliponte M.P.XXV.
Durobriuas M.P.XXXV.
Causennis M.P.XXX.
Lindo M.P.XXVI.
Segeloci M.P.XIIII.
Dano M.P.XXI.
Lege Olio M.P.XVI.
Eburaco M.P.XXI.
Isubrigantum M.P.XVII.
Cataractoni M.P.XXIIII.
Leuatris M.P.XVIII.
Verteris M.P.XIIII.
Brocouo M.P.XX.
Luguualio M.P.XXV.

ITEM A' LONDINIO

Lindo M.P.CLVI.*sic.*
Verolami M.P.XXI.
Duro Cobriuis M.P.XII.
Magiouinio M.P.XII.
Lactodoro M.P.XVI.
Isanna Vatia M.P.XII.

Tripontio M·P·XII·
Venonis M·P·IX·
Ratas M·P·XII·
Verometo M·P·XIII·
Margiduno M·P·XII·
Ad Pontem M·P·VII·
Croco Calana M·P·VII·
Lindo M·P·XII·

ITEM A' REGNO

Londinio M·P·CXV·sic·
Clausentum M·P·XX·
Venta Belgarum M·P·X·
Gelleua Atrebatum M·P·XXII·
Pontibus M·P·XXII·
Londinio M·P·XXII·

ITEM A' BERVRACO

Londinium M·P·CCXXVII·sic·
Lagecio M·P·XXI·
Dano M·P·XVI·
Ageloco M·P·XXI·
Lindo M·P·XIIII·
Crococalana M·P·XIIII·
Vernemetto M·P·XII·
Ratis M·P·XII·
Vennonis M·P·XII.
Bannauanto M·P·XIX·
Magio Vinio M·P·XXVIII·
Durocobriuis M·P·XII·

Verolamo M.P.XII.
Londinio M.P.XXI.

ITEM A' VENTAICINORVM

Londinio M.P.CXXVIII.ſic.
Sitomago M.P.XXXI.
Combretouio M.P.XXII.
Ad Anſam M.P.XV.
Camoloduno M.P.VI.
Canonio M.P.IX.
Cæſaromago M.P.XII.
Durolito M.P.XVI.
Londinio M.P.XV.

ITEM A' CLANOVENTA

Mediolano M.P.CL.ſic.
Galaua M.P.XVIII.
Alone M.P.XII.
Galacum M.P.XIX.
Bremetonaci M.P.XXVII.
Coccio M.P.XX.
Mancunio M.P.XVIII.
Condate M.P.XVIII.
Mediolano M.P.XIX.

ITEM A' SEGONTIO

Deuam M.P.LXXIIII.ſic.
Conouio M.P.XXIIII.
Varis M.P.XIX.
Deua M.P.XXXII.

ITEM A' MVRIDONO

Viroconiorum M.P.CLXXXVI.*sic.*
Vindomi M.P.XV.
Venta Belgarum M.P.XXI.
Brige M.P.XI.
Soruioduni M.P.IX.
Vindogladia M.P.XIII.
Durnouaria M.P.VIII.
Muriduno M.P.XXXVI.
Scadum nuntiorum M.P.XII.
Leucaro M.P.XV.
Nido M.P.XV.
Bomio M.P.XV.
Iscæleia Augusta M.P.XXVII.
Burrio M.P.IX.
Gobannio M.P.XII.
Magnis M.P.XXII.
Brauonio M.P.XXIIII.
Viroconio M.P.XXVII.

ITEM A' BISCA

Calleua M.P.CIX.*sic.*
Burrio M.P.IX.
Blestio M.P.XI.
Ariconio M.P.XI.
Cleuo M.P.XV.
Durocornouio M.P.XIIII.
Spinis M.P.XV.

Calleua M.P.XV.

ITEM ALIO ITINERE

A' BISCA

Calleua M.P.CIII.sic.
Venta Silurum M.P.IX.
Abone M.P.IX.
Traiectus M.P.IX.
Aquis Solis M.P.VI.
Verlucione M.P.XV.
Cunetione M.P.XX.
Spinis M.P.XV.
Calleua M.P.XV.

ITEM A' CALLEVA

Isc̃adum numorum M.P.CXXXVI.sic.
Vindomi M.P.XV.
Venta Velgarum M.P.XXI.
Brige M.P.XI.
Sorbiodoni M.P.VIII.
Vindocladia M.P.XII.
Durnonouaria M.P.VIII.
Moriduno M.P.XXXVI.
Isc̃adum Nuniorum M.P.XV.

ITINERARIVM MARI-
TIMVM

Quæ loca tangere debeas cum nauigare cœperis ex prouincia Achaia per Siciliam ad Africam usque

Ab Isthmo Naupactum usq; prouinciæ Achaiæ Stadia. DCCL.

A' Naupacto Oxeas prouinciæ Opiri Veteris Stadia CCCC.

Ab Oxeis Nicopoli prouinciæ suprascriptæ Stadia. DCC.

A' Nicopoli Buthroto prouinciæ suprascriptæ Stadia D.

A' Buthroto sessionis Insula prouinciæ suprascriptæ super Acroceraunia & relinquit Aulonam in dextro interius Stadia. C.

A' Bassonis Insula traiectus Hydrunto prouinciæ Calabriæ Stadia. CCCC.

Ab Hydrunti Litoraria Leucas prouinciæ suprascriptæ Stadia. CCC.

A' Leucis Crotona prouinciæ Stadia. DCCCC.

A' Crotona Naus prouinciæ Stadia. C.

A' Naus Stilida prouinciæ suprascriptæ Stadia. DC.

Ab Stilida Syphiro prouinciæ Stadia. CCCXX.

A' Ziphiro Regio ciuitatis prouinciæ suprascriptæ Stadia. CCCCXX.

A' Regio Traiectus in Sicilia Ciuitas Messana Stadia. LXX.

A' Messana Taurominio ciuitas prouinciæ suprascriptæ Stadia. CCL.

A' Taurominio Catine Ciuitas prouinciæ suprascriptæ Stadia. CCC.

A' Catina Siracusas Ciuitas prouinciæ suprascriptæ Stadia. DCCC.

A' Syracusis Pachino prouinciæ suprascriptæ Stadia. CCCC.

Ab Agrigento Lylibeum Ciuitas prouinciæ suprascriptæ Stadia. CCL.

A' Lylibeo Insula quæ appellatur Maritima prouinciæ suprascriptæ Stadia. CCC.

A' Maritima Insula traiectus in Africam idest Stadia. DCCCC.

Idest & Gunurrum Insulam uoluerit prouinciæ suprascriptæ Stadia. DCCCC.

Si Missuam Ciuitatem prouinciæ suprascriptæ Stadia mille.

A' Missua Carpos Stadia. CCC.

A' Carpos Carthagine Stadia. CL.

Si autem non Carthagine sed superius ad Lybiam uersus uolueris applicare debes uenire de Sicilia ab Insula Maritima in promontorio Mercurij Stadia. DCC.

Si Clipea Stadia. DCC.

Si Curubi Stadia. DCCC.

Si Neapoli Stadia numero mille C.

Si Hadrumeto Stadia. mille. DXL.

Item à portu Augusti Vrbis est traiectus in Africa Carthaginem Stadia. V^. CCL.

A Lylibeo de Sicilia Carthagnem Stadia mille D.

A Caralis Sardiana traiectus in portum Augusti Stadia. Ī.

A Caralis traiectus in Africam Carthagnem Stadia. Ī.D.

A Caralis Galatam usq; Insulā Stadia DCCCC XXV.

A Galata Tabracam in Africam Stadia. CCC.

Inter Corsicam & Sardiniam fretum Gallicum Stadia. XC.

De Hipanijs à Bellone traiectus in Tingi Mauritaniam Stadia. CCXX.

A Carthagine Spartaria traiectus Cæsarea Mauretaniæ Stadia. Ī.

A portu Gesorigiagensi ad portum Ritupium Stadia. CCCCL.

A Pola Iader in Dalmatias Stadia. Ī.DL.

Ab Ancona Iader in Dalmatias Stadia. Ī.D.

A Baterno Salonas in Dalmatias Stadia mille D.

A Brundusio de Calabria siue ab Hidrunti Aulone Stadia. Ī.

A Brundusio Durachi in Macedoniam Stadia. Ī.

A Salona Sipunte Stadia Ī.D.

ITINERARIVM PORTVS VEL POSITIONVM NAVIVM.

Ab Vrbe Arelato usq; ad portum Augusti M.P. XXXVIII.

A' Pyrgis Panapione milia plus minus III.
A' Panapione Castro nouo positio M.P.VII.
A' Castro nouo centum Cellis positio M.P.III.
A' centum Cellis Algas positio M.P.III.
Ab Algis Rapioni positio M.P.III.
A' Rarinio grauiscas positio M.P.VI.
A' Grauiscis Maltana positio M.P.III.
A' Maltano Quintiana positio M.P.III.
A' Quintiana Regas positio M.P.VI.
A' Regas Arnine fluuius habet positionẽ M.P.III
Ab Arnine portu Herculis M.P.XXX.
A' portu Herculis in Citaria portus M.P.VIIII.
Ab Incitaria Domitiana positio M.P.III.
A' Domitiana Almiania fluuius habet positionem M.P.
Ab Almiania portus Talomonis M.P.
A' portu Talomonis Vmbronis M.P.XII.
A' portu Thalamonis Laco Aprili positio M.P. XVIII.
A' Lacu Aprili in Alma flumen habet positionem M.P.XVIII.
Ab Alma flumen Scapris portus M.P.VI.
Ab Scapris Salesia portus M.P.XVIII.
A' Falesia populonio Vadis portus M.P.XXX.
A' portu Pisano Pisis fluuius M.P.VIII.
A' Vadis portu Pisano M.P.XVIII.
A' portu Pisano Pisis fluuius M.P.VIII.
A' Pisis Lune fluuius macra M.P.XXX.
A' Lune segeste positio M.P.XXX.
A' portu Veneris portu Delphini M.P.XVIII.

A' portu Delphini Genua portus M.P.XII.
A' Genua Vadis portus M.P.XXX.
A' Vadis Suadis Albingano positio M.P.XVII.
Ab Albingauno portum Maurici M.P.XXV.
A' Vindimilia Plagia M.P.XV.
A' Vintimilio Herclemannico portus M.P.XVI.
Ab Herclemannico a' Visione portus M.P.XXII.
A' Visione Anaone portus M.P.IIII.
Ab Anaone ad Oliuula portus M.P.XII.
Ab Oliuula Nicia Plagia M.P.V.
A' Nicia Antipoli portus M.P.XVI.
Ab Antipoli Lero & Lerinus Insulæ M.P.XI.
A' Lero et Lerino Foro Iulij portus M.P.XXVIII.
A' Foro Iulij sinus Sambracitanus plagia M.P.XXV.
A' Sinu Sambracitano Heraclia Caccabaria portus M.P.XVI.
Ab Heraclia Caccabaria Alconis M.P.XII.
Ab Alconis Pompeianis portus M.P.XXX.
A' Pompeianis Telonem Marcio portus M.P.XVIII.
A' Telone Marcio Taurento portus M.P.XII.
A' Taurento Carsicis portus M.P.XII.
A' Carsicis Citarista portus M.P.XVIII.
A' Citarista portu Mines positio M.P.VI.
A' Portu Mines in Matras positio M.P.XII.
Ab Immatris Massilia Græcorum in Caro positio M.P.XII.
Ab Incaro Dilis positio M.P.VIII.
A' Dilis Fossis marianis M.P.XII.

A' Fossis ad gradum massilinatorum Fluuius Rhodanus M.P.XVI.
A' Gradu per fluuium Rhodanum a' relatu M.P.XXX.

IN MARI OCEANO QVOD GALLIAS ET BRITANIAS INTERLVIT

Orcades. Glota. Hiuerione. Etta. Iduna. Armia. Aesarea. Barsa. Isia ndium Icdelis. Xantisma. Indelis. Siata. Ga.

INTER HISPANIAS ET TINGI MAVRETANIAM

Insula Diana. Lesbos. Erusos
Ab hac Insula Carthagine Spartaria Stadia CCCC.
Et a' suprascripta insula ab Baleares Stadia CCC.
Insula Columba Balearis maior.
Insula Nura Balearis minor
Inter se habent Baleares Stadia. DC.

ITEM INTER CARTHAGINEM SPARTARIAM. ET CAESAREAM MAVRETANIAM

Insula Erroris & Auria Inter se habent Stadia LXXV.

Ad has supraſcriptas Inſulas Acalema de Mauretania Amecas Stadia LXXV.
Inſula Erinis. Et Stocadis.

ITEM INTER SARDINIAM ET ITALIAM.

Inſula Ilba de Tuſcia Appulonio Stadia DC.
Inſula Planaſia. Inter Ilbam & Planaſiam ſunt Stadia XC.
Inſula Igilum à Coſa Stadia XC.

ITEM INTER SARDINIAM ET AFRICAM.

Inſula Galatha
A' Caralis de Sardinia Stadia DCCXXX.
Et à Braca ex Africa Stadia CCC.
Inſula Palmaria Inter hanc & Galatam Stadia XLV.
Inſula Phalaris. Inſula Vulturia. Ante promontorium Apollinis.
Egimurum Inſula à Carthagine Stadia. CCXXX.

INTER ITALIAM ET SICILIAM.

Inſulæ numero. III. Pontiæ
A' Terracina Stadia CCC.
Inſula Pandaterira.
A' Terracina Stadia CCC.
Inſula Aegina

Inſula

Insula Aenaria.
A' Cumis de Campania stadia XLV.
Insula Capraria.
De Puteolis stadia CCC.
Aegira. Et cælsina
Item Insulæ numero III.
Aegina. Heracliotes. & didyma.
Insula Strongylos.
A' messana stadia CCCXX.
Insula Lipara.
A' Strongylos Liparis sunt stadia CCC.
Insula Heraclia.
Insula Arethusa & Tapsus. Distat ab oppido Meiera idest castello Syracusanorum stadia XI.

ITEM INTER SICILIAM ET AFRICAM.

Insula Cossura
A' Lylibeo sunt stadia CLXXX.
A' Clipea ex Africa stadia DXC.
Insula Maltacæ Fest, & Phalacron
Insula Cerenna. Hæc a' Tacapis distat stadia DCXXII.
Insula Girba Aguti Distripoli stadia XC.
Insula Traieia Cephalenia.
Syrota. Ithaca. Asteris. Propaxos. Paxos. Oxia.

INTER DALMATIAS ISTRIAM.

Insulæ. Apsoros. Brattia. Issa.

Lissa Corcyra. Melta.
A' Melta Epidaros stadia CC.
Insula Sato.
A' Durrachio stadia CCC.
Insula Cassiope.
Insula Goreiro.
Ab Hydrunti Cassiope.
Insula stadia mille.
Hæ suprascriptæ duæ insulæ stadia XX.

INSVLA Piridis in Mare quod Trachiã & Cretam interluit.
Insula Erythra. Delessa. Euboea.
Carsa. Calchis. Lemnos.
Sigeos. Samothracia.
Anacole. Calippia.
Cæa. Andros.
Hios. Tenedos. Tenos. Boia. Balesos. Andros. Icos.
Cale. Calchia. Scyros. Icaria.

INSVLAE Strophades quæ ante Plotæ dictæ sunt in Ionio Mari quo Græcia alluitur.
In hac Harpyiæ morabantur.

INSVLAE Cephalania. Zacynthos & Dulichia
Hic est mons Ithacus ubi est patria Vlyssis
Insulæ Parnasci montis. Dyopes.

INSVLA Samos in mari Aegeo. in hac Iuno nata est. insula Boeotie. Aulis. in hac Græci aduersus. Troianos conspirauerunt.

INSVLA Pallene Antracia. in hac Minerua mortua est.
Insula Cyprus siue Paphos Veneri consecrata
In Carpathio mari.
Item in Hellespontum
Insulæ Cyclades
Inter Aegeum & Mallieum mare constitue. Circundantur etiam Pelago Myrtoo.
Delos in hac Apollo & Diana & Latona nati sunt
Hæc Insula Ortyx dicta est
Ab Esteria sorore Latone quæ cum uim Iouis fugeret in Coturnicem conuersa illuc delata est.
Mygonos A' Delo distat stadia D.
Icasia a' Myconon distat stadia CCC.
Dionysa. Edenedia. Scyros.

INSVLA Paros. in hac lapis candidissimus nascitur qui dicitur parius.
Naxos in hac Ariadne a' Theseo relicta a' Libero patre adamata est.
Foce. Leuci. Cynthos. Ascaphos. Scriphos. Siphonos. Cimelos. Coos. Olearos. Andros. Gyaros. Suprascriptæ insulæ in mari natare solitæ erant. Has Apollo colliguit & stabiles fecit.

SEPTEM MONTES VRBIS ROMAE.

Tarpeius. Esquilinus. Palatinus. Cælius. Auentinus. Quirinalis. Viminalis.

Nunc nomina aquarũ, quæ usibus æternæ urbis for marum constructionibus aduectæ sunt, indicemus.

CLAUDIA inuenta & adducta est à Claudio Cæsare.

Martia inuenta est à Marco Agrippa.

Traiana inuenta adductaq; est à Traiano Augusto.

Tepula item à Marco Agrippa inuenta deductaq; est.

Iulia inuenta ab Aureliano perductaq; est.

Alsiatina item inuenta perductaq; est à Claudio Cæsare.

Alexandrina inuenta perductaq; est ab Alexandro.

Virgo inuenta deductaq; est ab Agrippa Cæsare.

Drusia inuenta deductaq; à Druso.

Præter hæc repletur etiam Indigenis nymphis.

Quæ uirgo admirata Aeneam in Italia talia dixit.

Nymphæ Laurẽtes Nymphæ genus amnibus unde ẽ.

IN ITALIA PROVINCIAE XVII.

Campania in qua est capua.

Tuscia cum umbria Aemilia Flaminia in qua est Rauenna.

Liguria in qua est Mediolanum.

Venetia cum Istris in qua est Aquileia.

Alpes Cottiæ Samnium. Apulia cum Calabria in qua est Tarentum. Brutia cum Lucania. Retia prima. Retia secunda. Sicilia Sardinia. Corsica. Alpes. Cottiæ.

Viennensis. Narbonensis I. Narbonensis II.
Aquitanica I. Aquitanica II.
Nouem Populania. Alpes maritimæ.
Bellica I. Bellica II. in qua transitus ad Britaniam. idest Remus.
Germania prima super Renum in qua est Magontia.
Germania II. in qua est Agrippina.
Prouincia maxima Sequanorum in qua est Vesontiacensis.
Prouincia Alpium gratarum & Penninarum in qua est Tarantasia.
Prouincia Viennensis idem Metropolis. Aquitania I. in qua est Beturicum.
Aquitania II. in qua est Burdegala.
Nouem Populania in qua est Ausua.
Narbonensis I. in qua est idem Metropolis.
Narbonensis II. in qua est Aquensis.
Lugdunensis I. in qua est Lugdunum.
Lugdunensis II. super Oceanum in qua est Rotomagus. Lugd. III. in qua est Turonis.
Lugd. IIII. in qua est Sennis.

METROPO. PROVIN. LVGD. I.
CIVI. LVGD. Numero IIII.

Ciu. Eduorum
Ciu. Lingonum
Castrum Caballionensis

Cast.Matisconense

METROPO. PROVIN. LVGD. II.
Numero VII.
Ciu.Rotomago
Ciu.Baiocassium
Ciu.Abricantum
Ciu.Ebroicorum
Ciu.Salarum.idest Saiorum
Ciu.Lex Ouiorum
Ciu.Constantia

PROVIN. LVGD. III. CIVI.
numero IX.
Metr. Ciu.Turonum
Ciu.Cennomanorum
Ciu.Redonum
Ciu.Andicauorum
Ciu.Namnetum
Ciu.Corisopitum
Ciu.Cianctium.idest Venetum
Ciu.Ossismorum
Ciu.Diablintum

PROVIN. LVGD. IIII. CIVI.
numero VII.
Metr. Ciu.Senonum
Ciu.Carnorum
Ciu.Antisioderum
Ciu.Tricassium

Ciu. Aurelianorum
Ciu. Parisiorum
Ciu. Melduorum

BELLICA. I. CIVI. num. IIII.

Metr. Ciu. Treuerorum
Ciu. Mediomatricorum. idest Metris
Ciu. Leucorum. idest Tullo
Ciu. Veredonensium

BELLICA. II. CIVI. num. XII.

Metr. Ciu. Remorum
Ciu. Suessianum
Ciu. Catalaunorum
Ciu. Veromannorum
Ciu. Atrauatum
Ciu. Camaracensium
Ciu. Turnacensium
Ciu. Siluanectum
Ciu. Bellouacorum
Ciu. Ambianensis
Ciu. Morinum. idest Ponticum
Ciu. Bononensium

PROVIN. GERM. I. CIV. numero IIII.

Metr. Ciu. Magontiacensis
Ciu. Argentoracensium

Ciu. Nemetum. ideſt Spira
Ciu. Vangionen. ideſt Vuormen.

PROVIN. GERM. II. CIV. num. II.
Metr. Ciu. Agrippinenſis. ideſt Colonia
Ciu. Tungrorum

PROVIN. MAXIMA SEQVANO-
rum. Ciu. numero X.
Metr. Ciu. Veſontienſis
Ciu. Equeſtrium. ideſt Neuiduno
Ciu. Eluntiorum. ideſt Auenticum
Ciu. Noidenolex Auenticus
Ciu. Baſilienſium. ideſt Baſilia
Caſt. Vindoniſe
Caſt. Ebrodunenſe
Caſt. Argentarienſe
Caſt. Rauracenſe. ideſt portus Abucina

PROVIN. ALPIVM GRATIARVM
Et Penninarum Ciu. numero. II.
Metr. Ciu. Centronium. ideſt Tarantaſia
Ciu. Valenſium ideſt Octodorus

ITEM IN PROVINCIA
Prouin. Viennienſis. Ciu. numero XIIII.
Metr. Ciu. Viennienſium
Ciu. Gennauenſium
Ciu. Gratianopolitano
Ciu. Albenſium. Ciu. Vinario

Ciu. Decensium
Ciu. Valentinorum
Ciu. Auenicorum
Ciu. Arelatensium
Ciu. Carpentoratensis numero VI Ndausca
Ciu. Massiliensium
Ciu. in Ricartinorum
Ciu. Vasionensium
Ciu. Arausinorum
Ciu. Cabellicorum

PROVIN. AQVITANIA. I. CIV. num. IX.

Metr. Ciu. Bitaricum
Ciu. Aruernorum
Ciu. Rotenorum
Ciu. Abigensium
Ciu. Cadorcorum
Ciu. Lemauicum
Ciu. Gabalum
Ciu. Vellauorum

PROVIN. AQVITANIA. II. CIV. num. VI.

Metr. Ciu. Bardegalensium
Ciu. Agennensium
Ciu. Etolisnensium
Ciu. Santonum
Ciu. Pictauorum
Ciu. Petrogoriorum

PROVIN. NOVEM POPOLONIA CIVI. *numero* XII.

Metr. Ciu. Ausciorum
Ciu. Aquensium
Ciu. Lastoracium
Ciu. Conuenarum
Ciu. Consantanorum
Ciu. Boatum quod est Bot.
Ciu. Beranensium. idest Benainas
Ciu. Aturensium
Ciu. Vasatica
Cui. Tursaubica Tralugorra
Ciu. Elloronensium
Ciu. Ellosaticum

PROVIN. NARBONEN. CIVI. *numero* VIII.

Metr. Ciu. Narbonensium
Ciu. Tolosatium. idest Tolosa
Ciu. Beterrensium
Ciu. Agatensium
Ciu. Nemausensium
Ciu. Magalonensium
Ciu. Lutuensium. idest Lutaua Castrum
Cast. Vcetiense

PROVIN. NARBONEN. II. CIVI. *numero* VII.

Metr. Ciu. Aquensium
Ciu. Abtensium

Ciu. Retensium. idest Reias
Ciu. Foroiuliensium
Ciu. Appencensium
Ciu. Segesterorum
Ciu. Antipolitana

PROVIN. ALPIVM MARITIMARVM CIV. *numero* VIII.

Metr. Ciu. Ebreduno
Ciu. Diniensium. idest Dina
Ciu. Rigomagensium
Ciu. Sollinienfium
Ciu. Saniciensium. idest Sanicisio
Ciu. Glannatenna
Ciu. Cemelenensium
Ciu. Vensiciensium. idest Ventio.

FINIS.

VIBIVS SEQVESTER VIRGILIANO FILIO SALVTEM.

QVANTO Ingenio, ac studio fili carissime apud plerosq; poëtas fluminum mentio habita est, tanto labore sum sequutus eorum & regiones, & uocabula, & qualitates in literas dirigens, quod tibi ipsi non inutile factu scio fore, Fontium, & Lacuum, paludumq;, & Montium, nemorumq;, & gentium, quas tamen prosequi potui sicut omnium huic libello in literas digesta nomina subieci. quo lecto non minimum consequeris notitiæ, & præsertim cum professioni tuæ sit necessarium, & ne pluribus epistola oneretur, incipiemus ab eo flumine, quod etiam literam et nomen obtinet primũ.

FLVMINVM.

Achelous Aetoliæ primus erupisse terram dicitur, in Maliacum sinum effluit.

Arar germaniæ flu. è Vogeso monte miscetur Rhodano, qui ita lene decurrit, ut uix possit intelligi decursus eius.

Amphrysus Thessaliæ ubi Apollo Admeti regis pecus fertur pauisse.

Alphæus Elidis. qui per mare decurrens in Siciliam insulam Arethusæ fonti miscetur.

Ascanius Mysiæ fluuius est.

Acheron inferorum.
Achates Siciliæ ubi pari nomine lapillos generat, unde gemmæ fiunt.
Anien lacus uelinorum infunditur per tyburtinorum fines ab Aniene filio apollinis. In tyberim defluit
Allia salaria uia ad mil. XIIII. à Roma, ubi galli uictoria sunt potiti de Romanis.
Araxes Armeniæ Arabiam à Medis diuidit.
Athesis ueronensium in Padum decurrit.
Amasenus priuernatium.
Aufidus Apuliæ proximus Canusio.
Alyntos lucaniam à ueliensibus diuidit.
Asinius Catinæ in litore Tauromnitanorum defluit.
Anecus Siciliæ qui per duo milia passuum sub tera mergens Syracusis miscetur mari, appellaturq; ano post anopos cænos, superior anotisphoros.
Alachin megarensium, cuius fontem Dædalus dilatauit, agrumq; reddidit & regionem, quam idem flu. deuastat.
Acis ex monte ætna i mare decurrit ex cuius ripis polyphenus saxa in ulyssem egisse dicitur.
Atax Pyreneorum circa narbonam decurrit in tyrrhenum.
Atyr Tarbedæ ciuitatis Aquitaniæ in oceanum fluit.
Almon Romæ ubi mater Deum. VI. Cal. aprilis lauatur.
Albis germaniæ sueuos à ceruecijs diuidit mergitur In oceanum.
Aus apolloniæ in meoniam decurrens

Alto Dyrrhachij decurrit in illyricum
Aumasipa gentis scytharũ unde aurũ scythæ legunt
Aras Macedoniæ decurrit in ionium mare
Achelous ex Pindo monte per Eborum fines in Maliacum mare decurrit, qui Aetoliam ab arcadia diuidit.
Anaurus thessaliæ ita denominatus quia ex se neq; auram, neq; nebulam emittat
Apidanos thessaliæ in epidamnon fluit, in quo Emicassus, Melas, Phœnix miscentur, ipse in Peneon decurrit.
Asopos thessaliæ in epidamnon fluit
Antiger qui ex cruore centaurorum quos hercules interfecit odore suo uenientes fugat cum fuerit dulcissimus.
Apud ciccones flu. est cuius liquor epotus præcordia uertit in silicem, & rebus actis marmora inducit.
Aternus adriæ decurrens per marsos ubi & ostia ciuitas.
Amnone lyciæ non longe à thebis
Abscyrtus flu. cholcorum
Alis Asiæ flu.
Absus Palestinæ

BENACVS galliæ ex quo nascitur Mantuanorum Mintius
Bethys hispaniæ unde bethyca.
Bagrada Africæ iuxta oppidum musti ubi regulus serpentem longum. P. CXX. exercitu adhibito interfecit.

Barbenna illyrico miſcetur.
Batros ſcythiæ fines hyrcanos abluit.
Brictates ex Timato monte Arino miſcetur.

Cayſinos per Iperam decurrit proximus palu-
di aſiæ.
Camicos Siciliæ ex quo urbs camiceos diuidit Agri-
gentinos
Calos Mœſiæ.
Cocytos inferorum ex quo ſtyx palus.
Crunisos Syciliæ ciuitati atilac.
Calor beneuenti oppido iunctus
Cryſas ſyracuſis ex monte Hereo
Cydnus per mediam urbem Tarſon ciliciæ decurrit.
Cyrta maſſilienſium ſecundum Agatham urbem.
Cruſtumium, à quo oppidum in Adriaticum mare
fluit.
Caſilinum campaniæ ex quo oppidum.
Cephyſos in urbe phocidos deſcendit & circa Euboeā
flectitur.
Cyrubs arabiæ in quo plurima genera gemmarum
inueniuntur, & camelis portantur in oppidum
Tybreſtum.
Crathys confinis Sibari capillos facit auri coloris.
Clitunnus umbriæ ubi Iupiter eodem nomine eſt.

Danubius qui & Iſter germaniæ decurrit in pon-
tum per. VII. oſtia.
Drinus è palude ligniſti abluens Scodram oppidum
illyricorum.

Enipheus

Enipheus è monte othri thessaliæ,
Esper qua nessus centaurus deianiram herculis traiecit.
Euphrates Parthiæ.
Eurotas Laconiæ
Eridanus galliæ cisalpinæ qui & padus ubi heliades mutantur in populos.
Erasinus lyciæ.
Esia galliæ in sequanam fluit.
Euenus calydoniæ ubi hercules sagittis nessum centaurum interfecit
Epidanus thessaliæ.
Euphrates mesopotamiæ in padisso oriens. Porro Salustius author certissimus asserit tam tygris quàm Euphratis in Armenia fontes monstrari.

Faneus & qui siris beneuenti.
Fabaris sabinorum, is faber corrupte dicitur.

Ganges in oriente indiam cingens latissimus, quem Alexander post oceanum nauigare timuit, qui solus aduersus orientem fluit.
Galessus tarentinorum quinq; millibus à ciuitate distans Liuius author.
Gallus in phrygia unde qui bibit insanit more fanatico:
Gela Siciliæ à quo oppidum,
Gelagiensus Dyrrhachium ab apollonia diuidens decurrit in epirro.
Genesus palæstinæ.

Hebrus thraciæ proximus æno oppido.
Hermus lydiæ pactolo confunditur.
Hiberus hispaniæ a quo hiberia dicitur.
Hydaspes indiæ urbis mediæ defluit indo et caucaso.
Hypanis scythiæ, qui, ut ait gallus, uno tellures diuidit amne duas. Asiam enim ab Europa separat.
Halys lydiæ Chrusos transit.
Helyrus syracusarum a quo ciuitas.
Himela sabinorum prope casperiam urbem.
Hermus lydiæ.
Herbesos qui & endrius oppido Alluria decurrit per fines helori.
Himera oppido Taurotaminitanorũ dedit nomen himere, hoc fiumen in duas findi partes ait Stesichorus una in tyrrhenum mare, Altera in lybicum decurrit parte.
Hypsa secundum Irecon urbem hispaniæ decurrit gratam herculi.
Hypanis quem & hictarim uocant ex quo camerinis aqua inducta est.
Hærmus lyciæ.
Hæsusa ididem finibus apolloniæ decurrens in sinum ionium.

Indus indiam definit ab occasu a quo india dicta hic descendentem hydaspem recipit.
Isara Galliæ decurrit in Rhodanum.
Isanus dyrrhachij ab isano castello dictus.
Ilerda Hispaniæ a quo ilerda.
Inachus Thessaliæ.

Iader iuxta salonas mare influit adriaticum.

Kaycus mysiæ.

Licesius thraciæ cuius aquam bibentes ebrij fiunt.
Lethe inferorum quod sit obliuij causa.
Lyris non longe à marsis Vestinisq; cuius in ripa nymphæ marinæ Minturnensis templum est.
Lycus asiæ unde Lycis
Liger galliæ diuidens aquitanos & celtas in oceanū britanicum euoluitur
Lycastris coæ, à quo lyca ciuitas.
Lethecus insulæ cretæ ita dictus quod Hermionæ Veneris filia Cadmi uiri ibi oblita dicitur.

Mincius galliæ cisalpinæ proximus Mantuanis agitur ex benaco.
Mosella belgicæ defluit in Rhenum.
Minion Hetruriæ.
Metaurus umbriæ in sinum adriaticum decurrens,
Mæandros cariæ gentis asiæ hic tam flexuosus est ut in se se recurrat.
Meieria liguriæ secundum lunam urbem.
Mathis dyrrhachij non longe à lysso.
Maras Phrygiæ urbis celer
Melas Thessaliæ in epidanum fluens.

Nilus Aegypti ex æthiopia decurrens.
Nar sabinorum ex apenino in tyberim per Narniam fluit.

Numicus in agro laurenti.
Niphates Armeniæ ex monte Niphate.

Oaxes Cræte à quo ciuitas oaxia Varro hoc docet
Quos magno Anchiale partus adducta dolore.
Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis.
Orethus Panhormi Siciliæ.
Orontes Syriæ ex monte casio apud Antiochiam labitur.

Padus galliæ cisalpinæ qui & Eridanus dicitur.
Permessos Boeotiæ.
Penæus Thessaliæ ubi sylua quas tempe uocant hũc bebryces posséderunt.
Phasis in colchide, qui de monte garamante fluit.
Panthagias Siciliæ ita dictus, quod sonitus eius decurrentis per totam insulam auditus est usq; eò, donec ceres quærens filiam comprimeret eum.
Pitornius qui per medium lacum fucinum Marsorum ita decurrit, ut aqua eius non misceãtur stagno.
Pactolus lydiæ qui decurrens aurum trahit.
Phæthelinus Siciliæ iuxta Peloridem confinis templo dianæ.
Pisaurus, qui & Isaurus, ut Lucanus, à quo ciuitas pisaurum de qua Catullus moribunda sede pisauri, decurrit in adriaticum.
Phocias Thessaliæ in epidanum fluit.
Pachisos Siciliæ ubi ex. Pomp. iuuenis interfectus est.
Phœnix Thessaliæ fluuius est.

Rhenus germaniæ belgas à germanis segregans.
Rubicon galliæ iuxta Ariminum olim diuidens galliam ab italia.
Rutuba ex apenino in Tyberim fluit.
Rhodanus galliæ Lugdanum et Auenionem decurrens, atq; Arelatem mari tyrrheno miscetur.

Strymo Thraciæ plurimo gelu strictus.
Sequăna Galliæ Lutetiam Parisiorum circunfluit, uel insulam facit
Sperchios Thessaliæ in maliacum mare decurrēs usq; ad oram Locridis.
Syrapus Lucaniæ.
Selinus messaliorum à quo Ciuitas Selinis dicta, quod apium ibi plurimum nascitur.
Sagaris phrygiæ ad castellum Berecynthium.
Sebethos Neapolis in campania.
Sarnus nuceriæ ex sarone flu. adriæ per campaniam decurrens.
Simetos Siciliæ uicinus palicis.
Silea in lucania oppido Alburno.
Saron Adriæ.
Sycoris Hispaniæ iuxta Ilerdam,

Tigris Parthiæ qui sub tera means rubro mari miscetur.
Taurominius inter Syracusas & messenen à quo oppidum tauromunium quod oppidum aliter Eusēboneora dicitur.
Tagus Hispaniæ

Taras Epeiri
Tanager Lucaniæ.
Tybris uel tyberus idem albula, q ex radicibus montis apenini & Hetruria Romam decurrit quondam tuscos diuidens.
Tanais scythiæ Asiam ab Europa diuidit.
Trasymenos lydiæ.
Tapsus africæ iuxta Rusicadem.
Triopala qui & assorus iuxta albo megarensium.
Turnus Vmbriæ.
Taygeta Laconices ubi filios suos morus habent durare frigore aquæ.
Titaressos Thessaliæ qui & orcus in Peneum decidit, nec ei miscetur quia super eum funditur quem stygia palude crescere quidam affirmant.

Vulturnus campaniæ à quo oppidum iuxta puteolos uulternum.
Virbius Laconices ubi hippolytũ æsculapius arte medicinæ reddidit uitæ, unde & Virbius dictus.
Vfens Terracinæ proximus.
Varus. Hic nunc Galliam ab Italia diuidit ante Rubicon.
Vlulens Dyrrhachij est ex, quo Dyrrachio ministrantur aquæ.
Vestinus campaniæ aniæ qui & aquis suis Sarnum impellit.

Xanthus Troiæ Ilio proximus ex Ida monte defluẽs Symeonti iunctus in Propontidem funditur hunc

scamandrum incolæ uocauerunt. Xantus & Xanthus scribitur flauus latine dicitur. Xanthus Item nomen est Equi hectoris, & achillis.

Xanthus liciæ, unde & ciuitas.

FONTES.

Aganippe fons Boeotiæ.

Acidalia in Orchomeno.

Arethusa Siciliæ apud Syracusas.

Clitumnus Meuaniæ.

Clanius est apud Acerras in campania qui cum creuerit meditatur pestem terræ.

Castalius Delphis.

Clitor Arcadiæ, qui potus uinum in odium ducit

Camenarum Romæ

Dirceus Boeotiæ

Esus, Rhodi

Garga Euboeæ ubi Actæon laceratus est à canibus

Hippocrene Boeotiæ in Arcadia

Inessa Rhodi à quo Siciliæ ciuitas inessa

Libethros Boeotiæ.

Lynope ubi Narcisus se conspexit.

Largia fons est in Nemea sylua, quem penes agon annuus celebratur archemoro lygurgi filio à quo post archemorus denominatus est.

Menais Leontinorum per quem ciues eius loci timeat iurare.

Spandeus in insula Coa Asiæ.

Salmacis cariæ, ex quo qui bibit mollescit idem, et ob

scoenus fit
Timauus Aquileiæ galliæ
Viruinus apud Laconas fons est.

LACVS.

Auernus immensæ altitudinis cuius ima pars deprehendi non potest.
Acheron qua ad inferos creditur iri.
Gygæa lacus Lydiæ.
Aecatus Apolloniæ
Ampsanctus Lucaniæ cuius halitus uolucres necat
Benacus Galliæ unde Mincius fluit
Cyanæ Syracusis per quem Anopes transit per stygiam paludem
Cocytos, inferorum
Cimini Hetruriæ
Ferronia Terracinæ
Fucinus Marsis.
Hammonis Africæ qui ortu solis & occasu incandescit reliquo tempore gelidus est.
Inatamana Lacus lunæ tenera ligna accendit ex quo qui bibit aut in insaniam uertitur, aut in soporem.
Larius Galliæ cisalpinæ
Lucrinus Campaniæ
Lemanus Galliæ
Mareotis Aegypti, unde uites mareoticæ.
Triuiæ lacus Ariciæ
Velinus inter nar labentem.
Venatius Galliæ unde Mintius fluit

NEMORA.

Anguiæ, uel Anguitiæ Lucaniæ
Clarius colophoniæ,
Dodone Epeiri
Lualium in insula cypro
Molorchos in nemeæ à molorcho hospite herculis
Maricæ in campania ubi maricæ nympha sepulta est
Syla brutiorum
Tymbra phrygiæ ab herbæ nomine quæ lat, cyane dicitur.
Tempe thessaliæ

DE PALVDIBVS.

Ambracia Achaiæ
Asia Asiæ cui Caystros propè est.
Camerina nunc ante Hesperie dicta. Syracusis propinqua.
Lerna Arcadiæ, unde hydra centum capitum, quam Hercules occidit.
Mæotis Scythiæ
Pontina Terracinæ foro Appi,
Paduse galliæ à pado dicta
Styx inferorum à styge oceani filia
Sathura inter Anthium & Cyrceos eadem statura.
Salpina in Adriatico.
Tryton Thraciæ in quo qui se nouies immerserit in auem conuertitur.
Tyraca Syracusis.

Aracynthus in attica, quidam in Arcadia dicunt
Aruis in insula chio unde uinum aruisium.
Atlas in ultia Africa cingens mauritaniam
Ascreus unde uicus in Boeotia unde Hesiodus
Auentinus Romæ ex. VII. mont.
Alburnus Lucaniæ.
Alpes gallia togatam à comata diuidunt
Aetna Siciliæ flammam emittens
Agragas Siciliæ iuxta Gelam
Athos Thraciæ,
Appeninus Italiæ usq; ad Anconam porectus
Albanus in Latio
Auentinus in quo ciuitas Prænestæ
Amanus Capadociæ
Aganippe Boeotiæ ante Enippe dictus
Berecynthus Phrygiæ, unde mater Deûm Berecynthia
Bebius Campaniæ fluuium emittens.
Boreas Dyrrhachij.
Cytorus in Ponto Paphlagoniæ buxo potens.
Cybelus Phrygiæ.
Celius Rom. ex. VII.
Clarius Colophoniæ à quo Apollo Clarius
Cyllenius Arcadiæ unde Mercurius.
Catyllus Tyburti. Coras ibidem
Cinyrus Piceno
Chimera Lyciæ

Calpe Siciliæ freto imminet.
Ciminus Hetruriæ.
Calpe Hispaniæ.
Corycos Ciliciæ ubi optimum crocum nascitur.
Castalius in Delphis.
Dicteus Cretæ.
Dodone Chaoniæ Epeiri
Dindyma Phrygiæ.
Eryx Siciliæ.
Exymanthus Arcadiæ.
Exquilinus. Rom. ex. VII. montibus unus.
Eridanus Dyrrhachij
Gargarus in Phrygia Idæ montis cacumen.
Gaurus Campaniæ.
Helicon Aoniæ Boeotiæq; musis sacer.
Hyperborei Thraciæ ultra plagam aquilonıam.
Hemus Thraciæ.
Hæminiæ Dymnus Iberiæ ponticæ
Ismarus Thraciæ insignis oleo, & uino.
Ida in Troade alius in Creta.
Liceus Arcadiæ ubi Pan præcipue colitur.
Menalius Arcadiæ in Tegæa.
Massicus Campaniæ in Falerno.
Marpessus in insula Paro
Monœchus Illyridos
Mæulus qui & Vesuuus Campaniæ.
Niphates Armeniæ in Perside.
Neritos Ithacæ a quo & portus

Nysa Indiæ.
Nemeus Deonensium.
Olympus Macedoniæ altissimus qui altitudine sua plu uias,& nubes excædit.
Ossa Thessaliæ,
Oeta Thessaliæ ubi hercules combustus est.
Othrys thraciæ
Oemphyle dyrrachij
Parnassus Phocidis duobus uerticibus surgens
Pindus Thessaliæ
Parthenius Arcadiæ
Phaneus Chij uino insignis
Palatinus Ro.Ex VII unus
Pelios Thraciæ.inquo lapithæ populi morati,ubi cen tauri nati.
Pangeus Thraciæ in Thessalia
Pyreneus Galliam ab Hispania diuidit.
Pylartes Dyrrhachij
Petra Dyrrachij.Castra Pompei magni.
Quirinus Ro.ex VII unus
Rodope Thraciæ
Riphæi Scythiæ
Rhamnusium Scodræ
Saturnus Ro.qui & capitolinus idem,& Tarpeius
Soractes Faliscorum.
Sarnus Nuceriæ.
Sypilus lydiæ.
Stesians Molossiæ,
Tarpeius Rom ex.VII.

Tænarus Laconices.
Tmolus Lydiæ uino insignis.
Taburnus Samnitum oliuifer.
Taygeta Laconices.
Tettica Sabinorum.
Tenitrus Macedoniæ proximus apolloniæ in conspectu Dyrrhachij.
Velinus Ro. ex. VII.
Vesulus Apuliæ

DE GENTIBVS.

Agathyrsi Scythiæ partis Europæ
Acarnani Epeirotæ Europæ
Apuli Italiæ partis Europæ
Aethiopiæ Indi, Asiæ
Aegypti, partis Asiæ.
Baroei Mauri libyes.
Chalybes in Ponto Europæ.
Daci Scythiæ.
Cicones Thraciæ.
Getuli Afri libye
Germani Europæ.
Getæ Thraces, Asiæ,
Geloni Thraciæ picti corporis parte.
Garamantes parte Libyæ.
Gangaridæ Indiæ.
Hispani Europæ.
Indi Arabes Asiæ.

Ithyrei Syrij usu sagittæ periti.
Cares Asiæ.
Lydi partis Asiæ in Aegypto.
Lapithæ Thessalli Europæ.
Leleges Cariæ Europæ.
Lucani Italici Europæ.
Lycij Asiæ.
Maßyli afri.
Mauri Lybiæ proximi.
Magempuri lybiæ.
Marsi Italici Europæ.
Medi Thraciæ proximi.
Morini oceano iuncti Europæ.
Numidæ mauri lybiæ.
Osci Samnites Italici Europæ.
Parasij Arcadiæ Europæ.
Pannonij illyrici Europæ
Phylliridæ Europæ in Venetia
Rutili idem Dauri
Seres asiæ sub oriente
Sabæi arabes.
Sauromatæ Europæ.
Theutones Germani Europæ.
Tusci itali Europæ.
Thraces Thessali Europæ.
Thessalli Macedones Europæ.
Vmbri Italiæ, Europæ,
Volsci Italiæ Europæ.

FINIS.

P. VICTOR.

P. VICTORIS, DE REGIONIBVS VRBIS ROMAE LIBER.

REGIO PRIMA PORTA CAPENA.

u ICVS & Aedes camenarum
Vicus Drusianus
Vicus Sulpiti ulterioris
Vicus Sulpiti citerioris
Vicus fortunæ obsequentis
Vicus pulverarius
Vicus Honoris, & Virtutis
Vicus Trium ararum
Vicus Fabriti
Aedes martis
Aedes Mineruæ
Aedes tempestatis
Area Apollinis
Area Spei
Area galli. siue thalli, siue galliæ.
Area pinaria
Area carsuræ
Lacus promethei
Lacus Vespasiani
Balineum Torquati
Balineum Vectij Bolani
Balineum Mamertini
Balineum Abascantiani

Balineum Antiochiani
Thermæ Seuerianæ
Thermæ Commodianæ
Arcus D. Veri parthici
Arcus D. Traiani
Arcus Drusi
Mutatorium cæsaris
Almo fluuius
Vici. IX.
Aediculæ. X.
Vicomagistri. XXXVI.
Curatores. II.
Denunciatores. II.
Insulæ. IIII. Mil. CCL.
Domus. CXX.
Horrea. XIII.
Balineæ priuatæ. LXXXII.
Lacus. LXXXIII.
Pistrina. XX.
Regio in ambitu continet pedes. XII. Mil. CCXXII.

REGIO SECVNDA
CAELI MONTIVM.

Templum claudij
Macellum magnum
Campus martialis
Lupariæ
Antrum Cyclopis

Castra peregrina
Caput Africæ
Arbor sancta
Domus Philippi.
Domus Vectiliana.
Regia Tulli Hostilij templumq;, quod is in curiam redegit ordine à se aucto. idest patribus minorum gentium.
Mansiones Albanæ.
Mica aurea
Armamentarium
Spolium Samarium
Ludus matutinus
Ludus gallicus
Cohortes quinq; uigilum
Vici. VII.
Aediculæ. VIII.
Vicomagistri. XXVIII.
Curatores. II.
Denunciatores. II.
Insulæ. III. Mil.
Domus. CXXXIII.
Horrea. XXIII.
Balineæ priuatæ. XX.
Pistrina. XII.
Regio in ambitu continet pedes. XII. Mil. CC.

REGIO. III.

ISIS ET SERAPIS MONETA.

Amphiteatrum, quod capit loca. LXXXVII.
Mil.
Ludus magnus
Ludus Dacicus
Domus Bryttiana
Samium choragium
Prætura præsentissima
Thermæ Titi Cæsa. Augu.
Thermæ Traiani Cæsa. Au.
Thermæ Philippi Cæsa. Au.
Lacus pastoris
Schola quæstorum
Schola capulatorum
Porticus Liuia
Castra Misenatium
Suburra
Vici. VIII.
Aediculæ. VIII.
Vicomagistri. XXIIII.
Curatores. II.
Denunciatores. II.
Insula II. M. DCCLVII.
Domus. CLX.
Horrea. XVIII.
Balineæ priuatæ. LXXX.
Lacus. LXV.
Pistrina. XII.
Regio in ambitu continet pedes. XII. Mil.
CCCCL.

REGIO. IIII.

Templum pacis
Templum Remi
Templum Veneris
Templum Faustinæ
Templum Telluris
Via Sacra
Basilica Constantini
Basilica Pauli Aemulij
Sacriportus
Forum transitorium
Balineum Daphnidis
Porticus asidata
Area Vulcani cum uulcanali ubi lotos à romulo sata. in qua Area sanguine per biduum pluit.
Bucina Aurea. uel Bucinum Aureum.
Apollo sandalarius.
Horea Carthareauel tastaria uel testaria.
Sororium tigillum.
Colossus altus. CII. semis. habens in capite radios. VII. singuli pedum. XXII. semus.
Meta sudans
Carinæ
Domus Pompeij
Auita Ciceronum Domus
Via. VIII.
Aediculæ. VIII.
Vico magistri. XXXII.
Curatores. II.
Denunciatores. II.
Insulæ. II. Mil. DCC. LVII.

Domus. CXXXVIII.
Horrea. VIII.
Balineæ priuatæ. LXXV.
Lacus. LXXVIII.
Pistrina. XII.
Regio in ambitu continet pedes. XIII. Mil.

REGIO. V.
EXQVILINA CVM TVRRI ET COLLE VIMINALI.

Lacus Promethei
Macellum Liuiani
Nymphæum D. Alexandri
Cohortes. VII. uigilum
Aedes Veneris Erycinæ ad portam collinam
Horti Planciani, uel Plautiani
Horti Mecœnatis
Regia Serui Tulli
Hercules Sullanus
Amphiteatrum castrense
Campus exquilinus & lucus
Campus uiminalis sub aggere
Lucus petelinus
Templum Iunonis lucinæ
Lugus figutalis.
Domus Aquilij iure consulti
Q. Catuli & M. Crassi
Ara iouis uiminei
Mineruæ medica

Isis patricia
Lauacrum Agrippinæ
Thermæ olympiadis
Via.XV.
Aediculæ totidem
Vicomagistri.LX.
Curatores.II.
Denunciatores.II.
Insulæ.III.Mil.DCCCL.
Domus.C.LXXX.
Lacus.LXXIX.
Horrea.XXIII.
Balineæ priuatæ.LXXV.
Pistrina.XII.
Regio in ambitu continet pedes.XV.Mil.
DCCCC.

REGIO. VI.
ALTA SEMITA.

Vicus Bellonæ
Vicus mamuri
Templum Salutis in colle
Quirinale.
Templum Serapeum
Templum Apollinis, & Clatræ.
Templum Floræ, & Circus
Floralia
Capitolium Vetus
Diuus Fidius in Colle

Forum Sallustii
Fortuna Publica in Colle
Statua Mamuri Plumbea
Templum Quirini
Domus Attici
Malum Punicum. ad quod Domitianus. DD.
Templum gentis flauiæ & erat domus eius.
Horti Sallustiani
Senatulum mulierum
Thermæ Diocletianæ
Themæ Constantinianæ
Balinea Pauli
Decem Tabernæ
Ad Gallinas Albas
Area Calidij
Cohortes. III. uigilum
Vici. XII.
Aediculæ. XVI.
Vicomagistri. XLVIII.
Curatores. II
Denunciatores. II.
Insulæ. III. Mil. D. V.
Domus. C. XLV.
Horrea. XVIII.
Balineæ priuatæ. LXXV.
Lacus. LXXVI.
Pistrina. XII.
Regio in ambitu continet pedes. XV. Mil. DC.

REGIO. VII.

VIA LATA.

Lacus Ganymedis
Cohortes. VII. Vigilum. aliter primorum uigilum.
Arcus nouus
Nymphæum iouis
Aedicula Capraria
Campus Agrippæ
Templum Solis
Casta Gentia*na. aliter Gipsiana
Porticus Constantini
Templum nouum spei
Templum nauum fortunæ
Templum nouum quirini
Sacellum genij sangi
Equi ænei Tiridatis
Forum Suarium
Forum Archemorium
Horti argiani
Pila tyburtina
Ad mansuetos,
Lapis pertusus
Vici. X.
Vicomagistri. XL.
Curatores. II.
Denunciatores. II.
Insulæ. III. Mil. CCCLXXXV.
Domus. CXX.
Horrea. XXV.

Pistrina.XVI.
Balineæ priuatæ.LXXV.
Lacus.LXXVI.
Regio in ambitu continet Pedes.XII.Mil.DCC.

REGIO. VIII.

FORVM ROMANVM

Rostra populi Romani
Aedes uictoriæ.cum alia ædicula uictoriæ uirginis.DD.à Portio catone.
Templum Iulij Cæsaris in foro
Victoriæ aureæ statua in templo Iouis. Opt.Max.
Ficus ruminalis & lupercal uirginis.
Columna cum statua.M.Ludij
Græcostasis
Aedes opis,& saturni in uico iugario
Miliarium aureum
Senatulum aureum
Pila oratia.ubi tropæa locata nuncupantur curia.
Templum Castorum ad lacum iuturnæ.
Templum concordiæ
Equus æneus domitiani
Atrium mineruæ
Ludus Aimilius
Iulia porticus
Arcus Fabianus

Puteal libonis
Iani duo celebris mercatorum locus
Regia Numæ
Templum Vestæ
Templum Deũm penatium
Templum Romuli
Templum Iani
Forum Cæsaris
Stationes municipiorum
Forum Augusti cum æde Martis
ultoris.
Forum Traiani cum templo & equo æneo & columna cochlide quæ est alta pedes. CXXVIII. habetq; intus gradus. CLXXXV. fenestellas. XLV.
Cohortes sex Vigilum
Aædicula Concordiæ supra Græcostasin
Lacus Curtius
Basilica argentaria
Vmbilicus urbis Romæ
Templum Titi & Vespasiani
Basilica Pauli cum Phrygijs columnis.
Ficus ruminalis in comitio ubi & luper cal.
Aedes Veiouis inter arcem & capitolium prope asylum
Vicus ligurum
Appollo translatus ex Appollonia à Lucullo. XXX. cubitum.
Delubrum Mineruæ
Aedicula Iuuentæ

Porta carmentalis uersus circum flaminium
Templum Carmentæ
Capitolium ubi omnium deorum simulacra celebrantur.
Curia calabra, ubi Pontifex minor dies pronunciabat.
Templum Iouis Opt. Max.
Aedis Iouis tonantis ab Aug. DD. in cliuo capitolino
Signum Iouis imperatoris à præneste deuectum.
Asylum
Templum uetus Mineruæ
Horrea germanica
Horrea Agrippina
Aqua cernens quatuor scaturos
Forum boarium
Sacellum pudicitiæ patriciæ
Aedes Herculis uictoris duæ altera ad portam trigeminam, altera in foro boario cognomine rotunda & parua.
Forum piscatrium
Aedes Matutæ
Vicus iugarius, idem & thurarius, ubi sunt aræ opis, & cereris cum signo Vertumni.
Carcer imminens foro à Tullo Hostilio ædificatus media urbe.
Porticus margaritaria
Ludi literarij
Vicus unguentarius.
Aedes uortumni in uico thusco

Elephantus herbarius
Vici.XII.
Aediculæ totidem
Vicomagistri.XLVIII.
Curatores.II.
Denunciatores.II.
Insulæ.III.Mil.DCCCLXXX.
Domus.CL.
Balineæ priuatæ.LXVI.
Horrea.XVIII.
Lacus.CXX.
Pistrina.XX.
Regio in ambitu continet pedes.XII.Mil.
DCCCLXVII.

REGIO. IX.

CIRCVS FLAMINIVS.

Stabula.IIII.factionum
Aedes antiqua apollinis cum lauacro.
Aedes Herculi magno custodi Circi flaminij
Borticus Philippi
Aedis Vulcani in circo flaminio.
Minutia uetus
Minutia frumentaria
Porticus corinthia.CN.Octauij,quæ prima duplex fuit
Crypta Balbi
Theatrum Balbi. Capit loca XXX.Mil.

XCV. CL. Cæsar dedicauit & appellatur à uicanitate.
Iupiter Pompeianus
Theatrum Marcelli. capit locat. XXX. Mil. ubi erat aliud templum Iani
Delubrum. CN. Domitij
Carcer. CLX. uirum
Templum Bruti Callaici
Villa publica ubi primum populi census est actus in campo Martio.
Campus Martis
Aedis Iuturnæ ad aquam uirgineam.
Septa trigaria
Equiria
Horti lucullani
Fons Scipionum.
Sepulchrum Augustorum
Ciconiæ nixæ
Pantheon
Theatrum Pompei
Basilica Macidij
Basilica Martiani
Templum Diui Antonini cum Cochlide columna quæ est alta pedes. CLXXV. habet intus gradus. CCVI. & fenestellas. LVI.
Thermæ Adriani
Thermæ Neronianæ, quæ postea Alexandrinæ.
Thermæ Agrippæ
Templum boni euentus
Aedes Bellonæ uersus portam carmentalem.

ante hanc ædem columnia index belli inferendi.
Porticus Argonautarum
Meleagricum
Iseum
Serapeum
Mineruium
Minerua Chalcidica
Insula phelidij. Siue phelidis
Vici. XXX.
Aediculæ totidem
Vicomagistri. CCXX.
Curatores. II.
Denunciatores. II.
Insulæ. III. Mil. DCCLXXXVIII.
Domus. CXL.
Balineæ priuatæ. LXIII.
Horrea. XXII.
Pistrina. XX.
Regio in ambitu habet pedes. XXX. Mil. D.

REGIO. X.
PALATIVM.

Vicus padi
Vicus Curtarum
Vicus Fortunæ respicientis
Vicus Salutaris
Vicus Apollinis
Vicus insusq; diei

Roma quadrata
Aedes Iouis statoris
Casa Romuli
Prata bacchij ubi fuerunt Aedes Vitruuij Fundani
Ara febris
Templum Fidei
Aedis mathrijs Deum. huic fuit conterminum
delubrum Sospitæ Iunonis.
Domus Ceioniorum
Suelia.
Iouis cœnatio
Aedis Apollinis ubi lychni pendebant instar
arboris mala ferentis.
Aedis deæ uiriplacæ in palatio
Bibliothecæ
Aedis Rhamnusiæ
Pentapylon iouis arbitratoris
Domus Augustana
Domus Tiberiana
Sedes imperij Romani
Auguratorium
Ad Mammæam, hoc est Diætæ Mammææ.
Ara palatina
Aedes Iouis Victoris
Domus Dionysi
Domus. Q. Catuli
Domus Ciceronis
Aedes Diiouis
Velia
Curia uetus

Fortuna

Fortuna respiciens
Septizonium Seueri
Victoria Germaniciana
Lupercal
Via.VI.
Aediculæ totidem
Vicomagistri.XXIIII.
Curatores.II.
Denunciatores.II.
Insulæ.II.Mil.DCXLIIII.
Domus.LXXXVIII.
Lacus.LXXX.
Horrea.XLVIII.
Pistrina.XX.
Balineæ priuatæ.XXXVI.
Regio in ambitu habet pedes XII.Mil.DC.

REGIO.XI.
CIRCVS MAXIMVS.

Circus maximus qui capit loca.CCCLXXXV.
Mil.XII.portæ.
Templum Mercuri
Aedes Ditis patris.
Aedes Cereris
Aedes Veneris opus Fabij Gurgitis
Aedes Portumni ad pontem Aimili, olim Sublici
Porta Trigemina.
Salinæ
Apollo Cœlispex

Aedes Portumni
Hercules oliuarius
Ara Maxima
Templum Castoris
Aedes Cereris
Aedes Pompei
Obelisci. II. iacet alter alter erectus
Aedes Murciæ
Aedes Consi subteranea
Forum olitorium in eo Columna est lactariæ ad quam Infantes lacte alendos deferunt.
Aedes Pietatis in foro olitorio
Aedes Iunonis Matutæ
Velabrum maius
Vic. VIII.
Aediculæ totidem
Vicomagistri. XXXII.
Curatores. II.
Denunciatores. II.
Insulæ. M. DC.
Domus. LXXXIX.
Balineæ priuatæ. XV.
Horrea. XVI.
Lacus. LX.
Pistrina. XII.
Regio in ambitu continet pedes. XI. Mil. D.

REGIO. XII.

PISCINA PVBLICA

Vicus Veneris almæ
Vicus piscinæ publicæ
Vicus Dianæ
Vicus Ceios
Vicus Triari
Vicus aquæ salientis
Vicus laci tecti
Vicus Fortunæ mammosæ
Vicus Colapeti pastoris
Vicus portæ Raduscul anæ
Vicus portæ neuiæ
Vicus Victoris
Horti Asiniani
Area radicaria
Caput uiæ nouæ
Fortuna Mammosa
Isis Antenodoria
Aedes bonæ deæ subsaxanæ
Signum delphini
Thermæ Antoninianæ
Septem domus parthorum
Campus lanatarius
Domus Chilonis
Cohortes. III. uigilum
Domus Cornifici
Priuata Adriani
Vici. XII.
Aediculæ totidem
Vicomagistri XLVIII.
Curatores. II.

Denunciatores. II.
Insulæ. II. Mil. CCCCLXXXVI.
Domus. C. XIIII.
Balineæ priuatæ. XLIIII.
Lacus. LXXX.
Horrea. XXVI.
Pistrina. XX.
Regio in ambitu habet pedes. XII. Mil.

REGIO. XIII.

AVENTINVS.

Vicus Fidij
Vicus frumentarius
Vicus trium uiarum
Vicus Ceseti.
Vicus Valeri
Vicus laci miliarij
Vicus Fortunati
Vicus capitis Canteri
Vicus trium Alitum
Vicus nouus
Vicus loreti minoris
Vicus armilustri
Aedes Consi
Vicus columnæ ligneæ
Minerua in auentino
Vicus Materius
Vicus mundiciei

Vicus loreti maioris ubi erat Vertumnus
Vicus Fortunæ dubiæ
Armilustrum
Templum Lunæ in auentino
Templum commune Dianæ
Thermæ Varianæ
Templum Libertatis
Doliolum
Aedes bonæ deæ in Auentino
Priuata Traiani
Remuria
Atrium libertatis in auentino.
Mappa Aurea
Platanon
Horrea Aniceti
Scalæ Gemoniæ
Porticus Fabraria
Schola Caßij
Templum Iunonis reginæ a' Camillo.DD.
Veijs captis
Forum pistorium
Vici.XVII.
Aediculæ totidem
Vicomagistri.LXXIIII.
Curatores.II.
Denunciatores.II.
Insulæ.II.M.CCCCLXXXVIII.
Domus.C.III.
Balineæ priuatæ.LXIIII.
Lacus.LXXVIII.

Horrea. XXVI.
Pistrina. XX.
Regio in ambitu habet pedes. XVI. Mil. CC.

REGIO. XIIII.

TRANSTIBERIM

Vicus Censori
Vicus Gemini
Vicus Rostrati
Vicus longi aquilæ
Vicus Statuæ siccianæ
Vicus quadrati
Vicus Raciliani maioris
Vicus Raciliani minoris
Vicus Ianuclensis
Vicus Bructanus
Vicus larum ruralium
Vicus Statuæ ualerianæ
Vicus Salutaris
Vicus Pauli
Vicus Sex. Lucei
Vicus Simi publici
Vicus Patratilli
Vicus laci restituti
Vicus Saufei
Vicus Sergi
Vicus Ploti
Vicus Viberini

Gaianium
In Insula Aedes Iouis, & Aesculapij. &
Aedes Fauni.
Naumachiæ
Cornisce
Vaticanius
Hortus domitij
Ianiculum
Mamæ Sacellum
Balineum Ampelidis
Balineum Priscillianæ
Statua Valeriana
Statua Siciana
sepulchum Numæ
Cohortes. VII. uigilum
Caput Gorgonis
Templum fortis fortunæ
Area Septimiana
Ianus Septimianus
Hercules cubans
Campus Bruttanus
Campus Codetanus
Horti Getæ
Castra lectiatriorum
Vici. XXII.
Aediculæ totidem
Vicomagistri. LXXXVIII.
Curatores. II.
Denunciatores. II.
Insulæ. IIII. Mil. CCCCV.

Domus. CL.
Balineæ priuatæ. LXXXVI.
Lacus. CLXXX.
Horrea. XXII.
Pistrina. XXII.
Regio in ambitu habet pedes. XXXIII. Mil. CCCCLXXVIII.

SENATVLA TRIA. Vnum inter capitolium, & forum ubi magistratus cum senioribus deliberant. alterum ad portam capenam. tertiũ citra Aedem Bellonæ in circo Flaminio ubi dabatur Senatus legatis, quos in urbem admittere nolebant. Quartum senatulum matronarum in quirinali. Antoninus Pius Bassiani filius fecit.

BIBLIOTHECAE Vnde triginta publicæ, ex ijs præcipuæ duæ. Palatina, & Vlpia.

OBELISCI Magni. VI. II. in circo maximo. maior est pedum. CXXXII. Minor pedum. LXXXVIII. semis. unus in Vaticano pedum. LXXII. unus i campo martio ped. LXXII. duo in maus oleo Augusti pares singuli ped. XLII. semis.

OBELISCI parui. XLII. in plerisq; sunt notæ Aegyptiorum.

PONTES. VIII.

Miluius. Aelius, Vaticanus, Ianiclensis, Fabricius,

Cestius Palatinus, Aemilius, qui ante sublicius.

CAMPI·VIII.

Viminalis, Exquilinus, Agrippæ, Martius, Codetanus, Bructianus, Lanatarius, Pecuarius. Vnus ultra Tyberim campus Vaticanus extra numerũ.

FORA·XVII.

Romanum, quod dicitur magnum. Cesaris. Augusti. Boarium, Transitorium, Holitorium, Pistorium, Traiani, Aeneobarbi, Suarium, Archemorium. Diocletiani, Gallorum, Rusticorum, Cupedinis, Piscatrium, Sallusti.

BASILICAE·XI.

Vlpia·Pauli·Vestini·Neptumnij·Macidij. Martiana. Vastellaria·Floselli·Sicinini·Constantiniana·Basilica portia à Portio Catone facta.

THERMAE. XII.

Traiani·Titi·Agrippæ·Syriacæ·Commodianæ·Seuerianæ·Antonianæ·Alexandrinæ, quæ Neronianæ·Diocletianæ·Decianæ·Constantinianæ. Septimianæ.

IANI. per omnis regiones incrustati, & adornati signis duo præcipui ad arcum Fabianum superior, inferiorq;.

AQVAE.XX.

Appia. Martia. Virgo. Claudia. Herculanea. Tepula. Damnata. Traiana. Annia. Halsia, siue Halsientena, quæ Augusta. Cærulea. Iulia. Algentiana. Cimnia. Sabbatina. Aurelia. Septimiana. Seueriana. Antoniana. Alexandrina.

VIAE.XXIX.

Appia, Latina, Labicana, Campana, Prænestina, Tiburtina, Collatina, Nomentana, quæ Figulensis. Salaria, Flamnia, Aimlia, Claudia, Valeria, Ostiensis, Laurentina, Ardeatina, Setina, Quintia, Gallicana, Triumphalis, Patinaria, Ciminia, Cornelia, Tiberina, Aurelia, Cassia, Portuensis, Gallia, Laticulensis.

Capitolia. II. uetus & nouum. Amphitheatra. II. Colossi. II. Columnæ cochlides. II. Macella. II. theatra. III. ludi. V. naumachiæ. V.

NYMPHAEA. XI. Equi ænei inaurati. XXIIII. equi eburnei. XCIIII. tabulæ signa sine numero. Arcus marmorei. XXXVI. lupanaria. XLV latrinæ publicæ. CXLIIII. cohortes prætoriæ. X. cohortes urbanæ. IIII cohortes uig. VI. excubitoria. XIIII. uexilla. II. communia castra peregrina. castra misenatium castra tabellariorum. castra lecticariorum. castra uictimariorũ. castra salgamariorum. castra. salicariorum. castra equitum singulorum. II. Mensæ oleariæ. XXIIII. M.

FINIS.

DIONYSIVS AFER.

DIONYSII AFRI POEMA DE ORBIS SITV PRISCIANO INTERPRETE.

Aturæ genitor, quæ mundum continet omnem
Annue rex cœli, positum telluris & undæ
In quas imperium, mortalibus ipse dedisti,
Materiæ tantæ me promere carmine digno
INCIPIENS terræ tractus pontiq; meatus
Et fluuios canere, atq; urbes, populosq; per orbem
Discretos. latæ resluum memorare parabo
Oceanum, tellus quo cingitur æquore tota.
Insula ceu sese diffundens littore uasto
Non tamen assiduo, teres undiq; margine circum
Clauditur hæc bifido, sed brachia littore pandens
Arctatur rapidos cursus ad solis utrinq;
Ad similis fundæ, sed quamuis corpore toto
Vna sit hæc homines treis dicunt esse diremptas.
Et primam Libyen, post Europen, Asiamq;
Sed Libyam Europæ discernit finibus amplis
Linea, quam obliquant Gades, atq; Hostia Nili.
Qua boreæ excurrit Memphitis terra sub axes
Atq; locum nouit Spartano famo Canopo
Sed terras aquilo, qua frigore damnat iniquo
Europen Asiæ Tanais disiungit ab oris
Sauromatas linquens, Scythiam qui gurgite uasto

Præstringit, præcepsq; ruit mœotida poscens
At medius finis iam iam decliuis ad austrum est
Quas Hellesponti fauces dixere priores
Sed magis australis sunt terminus hostia Nili
Per mare sic fluuiosq; patens discernitur orbis.
Ast alij terris malunt discernere terras
Finibus est Asiæ latus arctum, lingua supernis
Caspia, quam mediam faciunt, atq; æquore ponti
Euxini locus hic discrimen dicitur esse
Europæ, atq; Asiæ disiungens ruribus arua.
Ast alius finis longissimus exit in austros,
Qui secat Aegypti terras, æquorq; Sabæum,
Separat hic Libyen Asiæ confinia rumpens.
Talia mortales perhibent discrimina terræ.
Circuit oceani gurges tamen undiq; uastus,
Qui quamuis unus sit plurima nomina sumit,
Finibus hesperijs Atlanticus ille uocatur,
At boreæ qua gens ferens Arimaspa sub armis
Dicitur ille piger nec non Saturnius idem.
Mortuus ast alijs, minimo quod lumine solis
Perfruitur, tarde radios nam suscipit ortus.
Nubibus & crassis premitur, nimbisq; grauatur.
Vnde autem primo conscendit lumine Titan
Eoumq; uocant, atq; indum nomine pontum
Sed qua deuexus calidum polus excipit austrum
Aethiopumq; simul pelagus rubrumq; uocatur
Qua deserta patet tellus ardore perusta.
Circuit oceanus sic totum maximus orbem
Nominibus uarijs celebratus, & æquore tanto
Hinc, atq; inde sinus penetrabilis efficit ille

Exiguos multos dirimens mare quattuor amplos
Per secat Hesperiam primus qui porgitur undis,
Pamphylumq; latus Libyæ pertendit ab oris
Hic minor est reliquis, maior quem caspia tellus
Suscipit intrantem uastis aquilonis ab undis
Nomine saturni quod tethys possidet æquor
Caspius iste sinus simul hyrcanusq; uocatur.
At duo qui ueniunt australis ab æquore ponti,
Hic supra currens mare persidos efficit altum
E regione situs, qua caspia uoluitur unda.
Fluctuat ast alter, Panchæaq; littora pulsat
Euxini contra pelagus protentus in austros
Hosce sinus perhibens, quos tethyos efficit unda
Maiores nam sunt alij, multiq; minores.
NVNC maris hesperij lustrabo carmine tractus
Flexibus in uarijs quo frangitur æquore pontus
Astringens pelago terras circunfluus illis
Montibus & radens suppostas urbibus oras.
Adsis o numen studiorum præsul & artis
Ordine principium capiens Atlantis ab unda
Herculeo celebrant quam metæ munere Gades,
Cœliferasq; tenet stans Atlas monte columnas.
Est primus uastis qui pontus hibericus undis
Diuidit Europen Libya communis utriq;
Hinc, atq; hinc Stelæ sunt, ambæ littora cernunt
Hæc libyes, hæc Europes aduersa tuendo.
Gallicus hunc gurges, qui Celtica littora pulsat
Excipit, hunc sequitur Ligurum cognomine dictus
Qua domini rerum terris creuere latinis.
Ad petran leucen aquilonis ab axe reductus

Quæ freta Sicaniæ concludit littore curuo
Inſula ſed Cyrnos proprijs pulſatur ab undis,
Intra Sardoum pelagus cœltum'q; refuſis.
Inde ſalis tumidus tyrrheni uoluitur æſtus
Ad partes uergens auſtraleis. excipit illum
Sicaniæ gurges ſolis deflexus ad ortus,
Quid procul effuſus Pachyni tenditur oris
Ad creten, ſummam, qua prominet æquore rupem,
Qua Gortyna potes medijs qua Phaeſtos in aruis
Arietis hanc rupem ſimulantem uertice frontem
Pro merito graij κριοῦ dixere μέτωπον.
Hoc mare Gargani concludit iapygis ora.
Illinc incipiens extenditur adria uaſtus
Ad boream penetrans pelago, ſolem'q; cadentem
Ionius pariter ſinus hic perhibetur ab orbe.
Diuidit & geminas diuerſis partibus oras,
Quas tamen extremas coniungit terminus unus.
Ad dextram partem protenditur Illyris alma,
Poſt hanc Dalmatiæ populorum martia tellus.
Ad leuam auſoniæ porrectus continet iſthmos
Quem tria circundant maria undiq; littore curuo
Tyrrhenum Siculum nec non ſimul Adria uaſtus
FINIBVS at proprijs exceptant ſingula uentos
Tyrrhenum Zephyro Siculum ſed tunditur auſtro,
Adria ſuccurrens eoo frangitur euro.
Aſt poſt ſicaniam tractu diffunditur alto
Ad ſyrtin pelagus libycis quæ cingitur oris,
Maiorem poſtquam minor excipit, equora longe
Atq; ſinu gemino reſonantia littora pulſant
Finibus à Siculis Cretæum tenditur æquor,

Ad ſolis

Ad solis ueniens ortus salmonida poscens.
Dicitur eous qui cretæ terminus esse.
Post hanc est geminum mare uastum fluctibus atris
Fluctibus his maria boreæ quod tunditur atris
Quod ruit aduersus cælsæ de partibus arcti
Quod prius est pharium perhibent, hoc littora tangit
Præcipitis Casij montis. Post unda secunda
Sidonium est pelagus, penetrat qua gurgite pontus
Issicus arctoas ad partes æquore uergens.
Non longe rectus, Cilicum nam frangitur oris.
Hinc Zephyros poscens ueluti draco flectitur undis
Quod iuga montiuagus uastat, syluasq; fatigat,
Partibus extremis pamphylia clauditur isto,
Atq; chelidoniæ rupes cinguntur eodem
At procul hunc Zephyrus finit patare ide summa.
Post hæc arctoas ad partes aspice rursus
Aegeum, superat qui fluctibus æquora cuncta,
Dispersas uasto Sporadas qui gurgite cingit
Terminat hunc Imbros pariter, Tenedosq; coercens,
Angusta trahitur qua fauce propontidis Vnda
Asia, quam supra populis distenditur amplis
Ad notiam partem, qua latus ducitur isthmos.
Threicius sequitur post bosphorus hostia ponti,
Hoc nullum perhibent terras angustius orbis
Esse fretum dirimens. hic sunt symplegades arctæ.
Panditur hic ponti pelagus titanis ad ortus
Quod petit obliquo boream, solemq; meatu
Hinc, atq; hinc medio percurrunt æquore colles,
Vnus qui ueniens Asiæ de parte carambis
Dicitur australi, sed contra finibus alter

Prominet Europæ hunc κριοῦ dixere μέτωπον
Ergo conueniunt aduersi gurgite tanto
Distantes quantum ternis transire diebus
Eualeat nauis, bimarem sic æquore pontum
Aspicias similem cornu quod flectitur arcus
Neruo curuati distento dextera neruum
Assimulat, recto trahitur nam linea ductu
Extra quam boream quo scandit sola carambis
Sed formam cornu geminatis flexibus edit
Littus, quod pontum cingit sub parte sinistra
In quam meotis penetrans aquilonis ad axes
Quam Scythicæ gentes circundant undiq; ripis
Et matrem ponti perhibent mæotidis undam.
Scilicet hic ponti uix exit gurgite multo
Cimmerium torrens per bosphoron, hic ubi taurum
Cimmerij gelidis habitant sub finibus unum.
Hæc maris est species, splendens hæc forma profundi.
Nunc tibi telluris regiones carmine pandam,
Vt cernas animo non uisas lumine terras.
Atq; docens alios lauderis pectore docto.
Incipiens Libyæ tenuis'q; à tethyos undis
Oceanus tyrias qui pulsat gurgite gadis
Tenditur ad notias partes, & solis ad ortus.
Et messis formam reddit messoribus arcis
Quam tradunt terræ non æqua margine cinctam.
Terminat hæc fines rubri propè littora ponti
Latos æthiopum populos, quos possidet alter
Quem calidis iuxta terris pascuntur Erembi
Hos pelli similes pardi dixere priores.
Nanq; solum squallens urbes distinguit opacis.

Hac sitis hac humor latos uariatur in agros.
Sed summam Libyen habitant ad tethyos undas
Aladæ qua sunt statuæ maurusia plebes.
Post hos immensæ nomadum de semine gentes
Atq; masæsylij nec non masylia proles,
Saltibus hos duris asper, syluisq; uagantes
Victus alit sæua quæsitus cæde ferarum,
Scilicet ignaros terras proscindere aratris
Agricolasq; boues plaustris domitare sonoris,
Nanq; errant nemorum per dumos more ferarum.
Quos propè tenduntur fines Carthaginis altæ
Perpetuas tyrijs celebrat quæ condita laudes
Qua regnans felix Dido per secula uiuit,
Atq; pudicitiam non perdit carmine ficto
Hanc minor insequitur syrtis, maiorq; secunda
Qua tumor immensus tyrrheni pellitur æstus,
Accessuq; furit, siccisq; receptus arenis.
Ast inter Syrteis urbs est, quam nomine dicunt
Esse Neapolim, hanc supra iustissima fertur
Hospitijs gaudens gens degere lotophagorum
Hos licet ad fines desertas cernere terras
Extinctis populis nasamonum marte latino.
Asbystæ post hos terrarum rura tenentes
In medio summus libycis & gentibus hammon.
Nec non cyrene clarorum mater equorum
Vrbis amyclææ proles quam condidit olim.
Marmaridæ, post hos ægyptia flumina uertunt
Gætuliq; super sunt, Viciniq; Nigretes,
Continuo post hos sequitur φαυρύσια tellus.
Hanc habitant iuxta Garamantes debrite clari

Quæ superat cunctas urbs miro munere fontis,
Frigore qui noctis feruet calefactus & umbris
At solis friget radijs glacialis, & igni.
Omnibus extrema populis clauduntur in ora
Aethiopes, libyes ubi finit littore cerne
Oceanum nimio, quæ pulsat sole calentem.
Nec longe feruent blemyorum collibus agri
Hinc fluuij pinguis descendunt flumina nili
Partibus à libycis, qui currens solis ad ortus
Siris ab æthiopum populis cognomine fertur.
Versum cultores nilum dixere syenes,
Hinc Boreæ currens ad partes flumine pingui
Fertilis ægypti terras fœcundant opimas,
Septenoq; ferit pellæum gurgite pontum,
Non alius tantum fluuiorum ditat arenas,
Atq; trahens limum complectitur ubere campos,
Hic latis Libyen Asiæ disterminat oris,
Hæc ortus cernit, uidet austros illa calentes.
Hunc habitant iuxta sapientum corda uirorum
Disposuere uias qui uitæ mente potenti,
Et primi dederant sulcos & semina terris,
Obliquos solis tractantes pectore cursus,
Horum telluris fines nunc carmine dicam
Et formam, celebrat quam gloria magna per orbem,
Hæc igitur latis diffusa patescit in aruis
Fertilis, & superans alias pinguedine glebæ,
Marginibus laterum formatur, at undiq; ternis
Lata quidem boreæ sub littore tenditur oris,
Ast ortus angusta petit, summamq; Syenem,
Quam celsi mediam montes utrinq; coercent,

Irrigui per quam descendunt flumina Nili,
Hanc habitant homines multi pariterq; opulenti
Qui ueteris clareq; colunt sub mœnia thebes
Quam perhibent centum portas habuisse priores
Filius auroræ Memnon qua regna tenebat.
Hic sunt & septem medijs in finibus urbes,
Quas celebrat totum discurrens fama per orbem.
Et quicunq; maris uiuunt propè littora uasta.
Qua lacus est ingens liquidæ serbonidos undæ,
Ad cuius Zephyrum Macedum sunt mœnia regis.
Et Pharos idothees scopuli pallenidis alti.
Post urbs sub casio pellusi uergit ad ortus.
Nauigijs populus duris quam possidet aptus
Non tamen est libyes ponendus finibus iste,
Scilicet æoas nili qui continet oras,
Nili quem circùm floret mirabilis arbor,
Extinguit quæ sitim pomo, cui nomen Adipsos.
Hæc facies libyes. hic claudit terminus illam.
Sunt tamen hic aliæ gentes, quæ littore summo
Tethyos aut medijs habitant telluris in aruis
Et gratas circùm ripas tritonidis undæ.
Hic lapis heliotropius est, qui nomine uero
Dicitur, inuertit radios nam solis in unda,
Siquis eum fusa labris immergat ahenis
Sanguineiq; rubens resplendet luce coloris
Purior at soli renitet nudatus ab undis.
Si placet Europes quoq; me nunc dicem formam
Haud taceam, similis Libyæ est sed uergit ad arctos
Finibus & pariter distentis pergit ad ortus.
Linea nanq; Asiæ similis disiungit utranq;.

Hæc notias spectat, partes aquilonis at illa,
Ast ambas unam si terras esse putemus
Assimulent conum laterum compagibus æquis,
Cuius ad occasus est summum, lata sub ortu.
Sic Europa tibi facili dignoscitur arte.
Ad cuius summum propè metas Herculis alti.
Magnanimæ gentes dederat queis nomen Iberus
Ad spatium multum terrarum rura colentes
Oceanum boreo contingunt frigore durum
Scrutatur'q; decus pulchrum sapientibus auri.
Quos tamē haud maculat præsens, nec deijcit abscens
Qua sunt germani bellaces, atq; Britani
Saltibus Hercynijs Germania subiacet atrox.
Hæc tergo similis taurino dicitur esse.
Et pascit uolucres mirum fulgentibus alis,
Quis ducibus noctu cernuntur flexa uiarum.
Pyrrhenes sequitur mons, post hunc est celtica tellus
Eridani fontis contingens rauca fluenta.
Hic Phaëthonta suum ctræ luxere sorores
Hic electra legunt alnis stillantia celtæ
Sucina quæ memorant mellis uini'ue colore,
Quæ paleas rapiunt tractu, frondes'q; caducas.
Post hos tyrrheni, quos iuxta solis ab ortu
Incipiunt alpes, quibus exit gurgite uasto
Oceani rumpens glacialis littora rhenus.
Hunc propè consurgit fons istri flumine longo
Qui poscens ortum, Euxini percurrit in undas
Irriguam peucen amplexus gurgite quino,
Cuius in arctoas est partes barbara tellus
Innumeras gentes gremio complexa reducto,

Cui finem faciunt mæotidis hostia uastæ.
Hinc sunt germaniq; truces, & sarmata bellax
At quod getæ, nec non basternæ semina gentis.
Dacorumq́; manus & martia pectora alani.
Atq; δρόμον tauri retinentes fortis achilli.
Angustum & longum mæotidis hostia iuxta.
Hos equites supra celeres funduntur Alani.
Atq; melanchlænum populus metuendus in arcu.
Post Hippemolgi sunt, Hippopodesq́; potentes,
Atq; Gelonus cum Neuris, pictiq́; Agathyrsi.
Hic ubi descendit porrecta borysthenis unda
Euxinumq́; subit κριῦ prope tracta μέτωπον
E regione iacet locus hic symplegados arctæ
Hic sunt Aldesci quoq; Panticapiq́; fluenta,
Diuidui currunt Rhaphæis montibus ambo
Immiscent qua se ponti glacialibus undis.
Nascitur electrum præfulgens luce nitenti
Mense solet primo qualis splendescere luna
Hos adamanta legunt iuxta algetes Agathyrsi.
Tot dirimit gentes Aquilonis partibus Ister.
Huius ad australes terras, gerræq; feroces
Noriciq́; colunt, bellaces Pannoniq́;
Et Mœsi Thracum boreis in finibus orti
In quorum terris quas ponti perfluit unda
Ignipotens oleo commisto gignitur herba
Medica cui nomen cuius compescere flammas
Si quis aqua capiat, plus ignem pascit in illa.
Pulueris hunc iactus potis est extinguere solus.
Thraces arant post hos latissima rura tenentes
Quæ Torrens stringit, finitq́; propontidis unda,

Atq; hellesponti fauces ægæus, & altus
Nascitur hic scopulus pallenes gemma refulgens
Asterium perhibent, stellis certare putatur.
Et flammæ similis splendenti lumine lychnis.
Hic ripas istri porrectas undiq; stringunt.
Europæ reliquas nunc partis aspice ternas
Phœbeos uergens, quibus eminet illa sub ortus.
Prima est hispanum, quæ frangit littora pontum
Altera tyrrhenum quæ pulsat molibus æquor
Tertia quæ graios circunflua gurgite pascit.
Sed tamen oceanum contingit hiberica tellus.
Occiduum calpæ, qua summam sustinet unam
Herculis è stelis, quam supra diues & alta
Tartessus cempsiq; sedent qui collibus imis
Pyrrhenes, cœlum qui tangit uertice summo.
Ast ambas intra tellus iacet ausonidarum,
Limite quam recto mediam secat Apenninus
Qui mons incipiens boreis ex alpibus altus
In freta Sicaniæ porrectas terminat oras,
Hunc urbes circum populi, gentesq; frequentant.
Quos breuiter retegam nostro tibi carmine cunctos.
Tyrrheni primum fortes, iuxtaq; pelasgi
Cyllenes quondam propria qui sede relicta
Tyrrhenis socias petierunt nauibus arces.
Hos propè sunt omni superantes laude latini,
Quorum per terram discurrit in æquora tybris
Ante alios Tybris fluuios præstantior omnes
Regius irriguo dirimit qui gurgite Romam,
Romam quæ genitrix regum dominatur in orbem.
Post hos pingue solum sequitur Campania diues

Hic ubi Parthenopes domus est castissima, frugum
Fertilis. hanc pontus proprijs exceperat undis
Ad noton est longe supra sirenida rupem
Peucentis silari gurges spectabile flumen.
Hunc habitant prope Lucani Brutij'q; coloni
Ad Leucopetram longissima rura tenentes.
Hinc est ad Borream Zephyri quæ summa uocatur,
Sub qua sunt Locri celeres, qui tempore prisco
Illuc reginam propriam uenere secuti
Ausoniam'q; tenent, qua currit flumen halecis.
Mœnia cernuntur Metaponti, deinde, Croton'q;
Quam pulcher gratam præterfluit æsarus urbem.
Vlterius pergens hinc templa lacinia cernens,
Post hæc est Sybaris, perijt quæ numinis ira
Præponens hominum tumulos cœlestibus aris.
Ponere qui priscis ausi certamina soli
Samnitis medio complectitur itala tellus
In gremio, marsos'q; simul, tunc deinde Tarentum
Tangitur æquoribus. quod muniuere Lacones.
Continuo calabræ telluris rura sequuntur
Vsq; hyrij summam se tendit Iapygis ora,
Qua salis adriaci trahitur uastissimus æstus,
Atq; sinum penetrans aquileium colligit undas.
Alta tegestræon postremæ mœnia terræ
Qua sinus ionius finitur gurgite lasso,
Hi sunt ausoniæ populi, gentes'q; potentes.
Flexilis hinc pontus conuertens uergit ad ortus
Atq; Liburnorum terras hyllis'q; feroces
Bulimeon pariter præstringens littora currit.
Et uenit illyrias late porrectus ad arces.

Quas tollunt montes excelsa Ceraunia summas.
Cernitur hic tumulus qui Cadmi dicitur esse
Harmoniæq; simul, nanq; hic serpentibus illi
Corpora post tempus longum mutasse feruntur
In senio. postquam patriam thebasq; relinquunt
Hinc illos aliud posuerunt numina monstrum
Nanq; duo tumuli concurrunt peste futura.
Significat quoties sæuissima damna colonis.
Hæc regio fontem mirandæ concipit undæ
Quem merito ueteres dixerunt nomine sacrum,
Nam gelidus superat cunctarum frigus aquarum,
Accensasq; faces si quis propè duxerit undam
Extinguit flammas, recipit sed rursus easdem
Admoueat dextra cum extinctam lampada fonti.
Sed supra thracen quaq; Oricon accipit austros
Principium terræ doctissima græcia sumit
Ascendens multum, geminatoq; æquore cincta
Aegæo, siculoq; mouent qua flamine uenti
Diuerso, Siculum Zephyrus tenet, eurus ad altum
Aegæum, sequitur pelopis post insula lata
Consimilis folio platani, quod muris acutam
Aequiparat caudam. cuius iacet Isthmos imago
Hellados ad boream sibimet confinia iungens,
Latior at tellus folium ceu flexile circum
Cingitur æquoribus Zephyrumq; triphyllidis arua
Excipiunt, per quam descendit flumine pulchro
Alpheus, qui messeni discinditur undis
Eurotæ, terris ambo nascuntur afeis.
Hic tamen Eleos, at diuidit ille Lacœnas.
Hic medijs habitant late telluris in aruis

Arcades Apidanees sub scopulos Erymanthi
Qua Melas atq; Crathis fluuij qua currit iaon
Tenditur atq; uetus, qua longo gurgite ladon,
Hic merulos perhibent albos mirabile dictu,
Hic nasci linum, qui tacto accensus ab igni
Extingui nequitur, quem graij nomine uero
Ασβεστον memorant, ferri nitet ille colore.
Iuxta est Argiuum tellus, pariterq; Laconum
Ortus argiui uergunt, lacones ad austros.
Aequoribus geminis Isthmos pulsatur utrinq;
Hoc ephyren contra est Zephyrus, sed uerberat illud
Eurus in immensum qua mergitur unda profundum
Nomine, quam danai dixere Saronida prisco.
Attica sed tellus post Isthmon solis ad ortum est.
Hinc orithyiam Boreas rapuisse puellam
Traditur. hic Ilisos aquis deuoluitur amnis.
Boeotum sequitur finis, qua dicitur unda
Esse potestatis diuersæ. nanq; duobus
Fluminibus uertit ueruecum lana colorem,
Hoc fuscat niueas, hoc albat gurgite nigras.
Locridis inde solum sequitur regionis, & ora
Tessalis & tellus Macedum cum moenibus altis
Sub cuius scopulos tangentes uertice coelum
Speluncæ ueteris seruant insignia cladis,
Finibus in medijs terrarum nanq; uidentur
Ostrea muricibus siccata latentibus esse,
Diluuium latebras dederat quod piscibus illas.
Concipit & parit hic naturæ munere gemmam
Quam pæaniten perhibent pregnantibus ista
Auxilium confert facilis releuamine partus.

Cernitur hinc niueas attollens uertice rupes
Aemus threicius, quem contra tenditur agris
Ad Zephyrum regio Dodones lata feracis
Ad cuius notias partes sub rupe aracynthi
Aetolæ gentis sunt belli laude potentis
Campi, quos medios acheloia persecat unda,
Et mare trinacrium perrumpit echinadas intra
Regna Cephallenæ propè sunt sapientis Vlyssi.
Ista Galactiten ripis ostendit in altis
Vberibus prodest, necnon infantibus idem,
Et si quis terat hunc, albescit lacte liquescens.
Hunc fluuium iuxta præclaros solis ad ortus
Phocis ad arctoos uentos extenditur ingens
Donec contingat calida hostia thermopylarum
Sub iuga parnasi cephissos gurgite magno
Quam mediam dirimit descendens murmure uasto
Qua templum Phœbi memorabile, delphica sedes.
Nunc magno nobis sunt insulæ ore canendæ
Quas homines toto dispersas æquore cernunt
Est igitur ponto tellus circunflua prima
Cui nomen Gadis, stelas hæc herculis inter
A' Tyrijs colitur Cotinusa uocata uetustis.
Continuóq; iacent gymnasiæ, has baleares
Romani memorant, hinc frangitur æquore Ebusos
Sardiniæ, postquam pelago circunflua tellus
Fontibus è liquidis præbet miracula mundo,
Quot sanant ægros, pandunt, damnantq; nefando
Periuros furto, quos tacto flumine cæcant.
Postquam non longe cernuntur littora cyrni,
Corsida quam pariter geminato nomine dicunt,

Hanc solam perhibent catochiten gignere terram,
Corporibus lapis hic ceu glutine tectus adhæret.
Nulla tamen tellus latissima robora siluæ
Sic habili generat, dehinc rupes æolidarum,
Quas septem numero perhibent cognomine Plotas
Quippe uiam ratibus pelago dant undiq; uasto
Trinacriæ post hos moles distenditur ampla
Cardinibus ternis, laterum quam terminat actus
Procurrens Pachyno longe castrisq; Pelori
Exterrensq; rates lilybæi cautibus aspris
Eminet ad Zephyrum lilybe, pachynusq; sub ortum
Aspicit Ausoniam, boreæq; pelorus ad axes,
Qua mare uix superant haud æquum mille periclis
Angustum rapido quod frangit gurgite saxa.
Traditur hic pelagi diruptas uiribus olim
Excepisse fretum terras cogente ruina.
Plurima sunt istic totum memoranda per orbem.
Dianæ fons est, camerina gignitur unda,
Quem si quis manibus non castis hauserit unquam,
Lætifico tristis non miscet pocula baccho.
Hæc eadem montem mirandam sustinet Aetnam,
Vertice qui summo rigida niue temperat ignem,
Nec superant flammæ frigus, nec frigora flammas.
At salis hic Acragas miracula possidet unus
Naturas in quo proprias mutare uidetur
Ignis & unda, salem nanq; illum soluere flammæ,
Vnda solet crepitus illi coniuncta mouere.
Hic & Halesinus fons est mitissimus undis
Tibia quem extollit cantu saltare putatur
Musicus & ripis lætans excurrere plenis.

Cernitur egregius lapis hic, cui nomen achates,
Hoc dederat fluuius, cuius generatur ad undas
Hanc ſimulacra uides uenis oſtendere gemmam.
Aequoris ad ſiculi, quod uaſtis funditur undis
Ad noton eſt pontus libyæ, ſirtisq; uadoſa
Maior, at ulterius ſi pergas, cerne minorem
Occiduam iuxta quam Meninx inſula fulget,
Et Cercina ſimul libyca ſtatione patentes
Adria quas penetrat, uenias ſi parte ſiniſtra
Atq; legas calabrum littus, tunc inſula magni
Oſtendit ſeſe Diomedis nomine dicta,
Quo profugus quondam uictor conceſſerat ille
Coniugis inceſtæ per fraudes aegialiæ.
Ionium pergens abſyrtidas æquor ad ortus
Circuit, has olim colchi tenuere feroces.
Laſſi dum fruſtra Medeæ furta ſequuntur.
Continuo poſt haſce liburnidas aſpicias altas.
Ad notias partes, hinc ſæua ceraunia nautis.
Inſulæ ambraciæ contra cernuntur in alto.
Et Corcyra potens. Ithaces atq; aſpera tellus
Et quas oblimat riuis Acheloius amnis.
Flumine torrenti procelſam Chalcida linquens
Sed multæ Amniſij Boreæ ſub parte uidentur
Aegláq;, inde Cythera, Calabria dura colonis.
Ad notias uergit, ſed Carpathus, hanc propè Crete
Pinguis & umbroſis extendens collibus Idan
Ante ortus ſolis perhibent quam fulgere ſole.
Gignitur hic alimos, quam ſi quis mordeat herbam,
Compeſcit damnumq́; famis, rabiemq́; diurnam.
At Rhodos Aegyptum contra iacet inſula diues,

Nubila quam nunquam uerterunt lumina solis,
Nam purus caræ potitur telluris ad ortus.
Posthac sunt ternæ citra Patateide summa,
Fama Chelidonias celebrat, quas nomine terras
Suniados contra qua summum rupis. Abantas.
Supra sunt salamis, nec non Aegina. Sed ortus
Cernentem Cyprum pontus Pamphylius ambit.
Nec procul est Arados phœnices æquore cincta.
Aegæi uero diuersis partibus alti.
Ad fauces arctas multæ sunt Sestos Abydos
Confines Asiæ dextra, Europesq; sinistra.
Ad Boream quæ se pertendunt ordine longo
Europes macris contingit abantias oram,
Et celsam scyrus peparethus, sacraq; Lemnos.
Fertilis, atq; Thasos, simul Imbros post Corybantum
Mœnibus antiquis samothracia cernitur alta.
Ast Asiæ partem, qua tangunt æquora primam,
Delon circundant, has dicunt cycladas esse,
Continuo Sporadas, ceu stellas aspicis almas,
Ionidasq; simul, quas inter caunus & altæ
Sunt Samus, atq; chius celebratæ nomine claro.
Aeolicæ post, & Lesbus Tenedusq; sequuntur.
Et sinus inde Melas helles prorumpit in æquor.
Panditur hinc pelagus, tumidaq; propontide feruet
Ad Borream, saxisq; uiget proconensus in illa
Est etiam leuis euxini in partibus una
Quam λευκὴν perhibent, aduersa Borysthenus ãnis,
Pascit aues quoniam multas candore niuali.
Hic animas perhibent heroum laude potentes
Degere securas uirtutis munere pulchro.

Cimmerium recta, sed si quis bosphoron ibit,
Cernitur hinc dextra. uastæ mœotidis unda,
Insula mole grauis trans alopecæa lata
Postquam Phanagoren, Hermonassamque nepotes.
Egregie quondam coluerunt gentis Ionum
Insulæ hæ celebres pelagi sunt nomine claro.
Ast alias restuum circundat tethyos æquor,
Quarum demonstrem positum regionis ad oras.
Aethiopes habitant erythiam pectore iusti
Atlantem iuxta longæui scilicet illos
μακροβίους græci dixerunt finibus olim
Venit Hyperboreis quæ gens post fata perempti
Geryonis, domuit quem uirtus herculis ingens.
Sed summam contra sacrum cognomine, dicunt
Quam caput Europæ, sunt stanni pondere plenæ
Hesperides, populus tenuit quas fortis Iberi.
Ast aliæ oceani iuxta borcetidas actas
Sunt geminæ rheni'que; britanides hostia cernunt.
Hic etenim lasso perrumpit tethya cursu.
Has tamen haud habeat spatio superare per orbem
Insula, perfulget nigro splendore gagates,
Hic lapis ardescens austri perfusus aquarum,
Ast oleo perdens flammas, mirabile uisu.
Attritus rapit hic teneras ceu sucina frondes.
Nesiadum spatio nec distant littora longo
In quibus uxores amnitum bacchica sacra
Concelebrant, hederæ folijs, tectæ'que; corymbis.
Non sic Bistonides absinthi ad flumina Thraces
Exertis celebrant clamorib. εἰραφιώτην,
Non sic prærupto, qua currit gurgite Ganges

Indi solenneis epulas peragunt Dionyso.
Oceani tranans hic nauibus æquor apertum
Ad Thulen uenies, quæ nocte dieq; relucet.
Titanis radijs, cum curru scandit ad axes
Signiferi Boreas succedens lampade partes,
At nauem pelago flectenti aquilonis ab oris
Ad solem calido referentem lumen ab ortu
Aurea spectetur tibi pinguibus insula glebis.
Hinc tepidos proram conuertens nauis ad austros
Taprobanem ueniet, generatq; magna elephantes.
Per fines Asiæ, iacet hæc sub sydere cancri
Littoribus cuius saliunt densissima cete,
Quæ pascit uastum mare rubrum montibus æqua
Tenditur horribilis, quorum per terga per armos
Spina ferens cladem, fatumq; sub ore feroci,
Quippe solent pariter nauem sorbere uirosq;
Nam mala tam pelagus quàm terra merētibus offert.
Vlterius pergas si post Carmanida summam
Ogyris occurrat, qua dicitur esse sepulchrum
Regis Erythræi, dederat qui nomina ponto.
Persicus inde sinus penetratur, et Icaron offert
Insula, quæ fertur nimium placare Dianam.
Tot sunt ingentes quas cingit tethyos unda
Insulæ, ast aliæ diuersis partibus orbis.
Dispersæ plures, fama latuere minores
Auris difficiles nautis uel portubus aptæ
Quarū non facile est mihi promere nomina uersu.
  Ast Asiæ fines amborum linea monstrat
Et formam contra positarum in imagine coni.

Paulatim trahitur tamen hæc orientis ad oras
Oceanus stelas bacchi qua tangere fertur
Finibus indorum postremus gurgite torrens
Qua Ganges liquido nysæos irrigat agros
Non tantum est spatio similis telluris apertæ
Scilicet ambabus penetralibus unus in illis
Finditur oceani sinus, & disterminat ambas.
Ast Asiæ gremio triplex mare confluit undis
Hyrcanum pariter persum simul atq; Sabæum
Hæc noton, Ad boreos hyrcanum uergit ad axes.
Gurgitis euxini uicinum multa uirorum
Milia, quod circum degunt per littora ponti.
Amborum medius campis discernitur Isthmos.
Ast Asiam qui mons excelsus diuidit omnem
Incipit à medijs terræ pamphylidis oris
Et longis sese spatijs producit ad indos,
Nunc obliqua means, nunc recto limite currens
Vertice, quem toruo perhibent cognomine taurum.
Cornua nam summus scopulis imitatur acutis,
Multifidusq; suos huc colles spargit, & illuc.
Ex hoc innumeri descendunt fontibus amnes
In partes Euri Zephyri Boreæq; uel Austri.
Quis memorare queat fluuiorum nomina cuncta?
Non tamen est unum montis cognomen ubiq;
Sed uarij flexus uariantur nomine multo.
Singula sed proprijs sunt nomina nota colonis.
Nunc igitur gentes illum populosq; tenentes
Qui celebres memorem. sed felix numen adesto
Mæotæ primi tangunt Mæotidis undas.

Sauromatæq; truces gens aspera martis in armis
Sanguis amazonidum fortis, quos protulit olim.
Sauromatis mixtæ quæ Thermodonte relicto
Ingentes genuere uiros, belloq; potentes
Innumeras habitant qui syluas gurgite uasto,
Inter quas Tanais Mæotidis intima pulsat
Europen fluuio dirimens Asiamq; reflexo.
Europen Zephiro, Asiam sub partibus ortus
Caucasijs exit cuius fons montibus altis
Murmure cum uasto scythiæ per plana refusus.
Hunc tamen immenso torrentem flumine uertit,
In glaciem Boreas horrendo flamine sæuus.
Heu miseros homines, habitant qui finibus illis
Aëre damnati tristi, nimioq; rigore,
Quo pereunt pecudes pariter, populiq; uirorum
Ni propere linquant sua rura furentibus euris.
Hi Tanain habitant fluuium propè Sauromatarum
Cui sunt uicini Sindi quoq; Cimmerijq;
Post hos Cercætij iuxta quos Axenus altis
Fluctuat æquoribus, necnon Oretæq; feroces
Et qui troianæ post prœlia gentis Achæi
Ascalpi regis, uictricia signa sequentes
Dispulsi uentis istas uenere sub oras.
Post hos Eniochi, genuit quos græcia tellus
Et Zygij iuxta uiuunt regione sub una.
Intima sed ponti post fines Tyndaridarum
Aegypto missi colchi tenuere coloni,
Caucasij montis propè collem & caspia ponti
Littora, qua celeres descendunt Phasidos undæ

Circæosq; secant campos, atq; æquora ponti,
Nascitur Armenij fluuius, qui uertice montis,
Ad cuius partes Boreas & solis ad ortus
Euxinum dirimens, & caspia littora late.
Diffusus spatium per longum panditur Isthmos,
Quem iuxta terras habitant orientis Iberes.
Pyrrhenes quondam, celso qui monte relicto
Huc aduenerunt Hyrcanis bella ferentes.
Hic Camaritarum gens est carissima baccho,
Fluctibus hanc propter persæuit caspius æstus.
Vndiq; quem tereti concludit margine tellus.
Sed mare non ualeat tribus illud mensibus ulla
Scilicet immensum nauis transire profundo.
Non tamen exacuit pars una sub axibus æquor
Qua tractim refugæ miscetur tethyos undæ.
Multa quidem generat uiuis miracula rerum,
Gignit enim egregiam crystalli pondere gemmam,
Atq; malos lemures quod pellit munus Iaspis
Nocturni manes fugitant, quem membra tuentem.
Hoc igitur pelagus, quæ gentes undiq; cingunt
Incipiens numerem primus aquilonis ab oris
Quæ uergunt Zephyro, quas Caspia littora claudũt.
Primi sunt Scythiæ populi Saturnia iuxta
Aequora uiuentes, hyrcaniq; hostia ponti,
Quos supra Grypes ditissima rura smaragdo,
Qualem non alius terrarum possidet orbis,
Atq; aurum sibimet defendunt pondere puro
Omnia, sed duri superans audacia lucri,
Aduersus uolucres heu commouet arma uirorum,

Prœlia nam faciunt armaſpi grypibus hoſtes,
Hic & cryſtalli perlucet maxima moles.
Hinc unnus ſequitur, poſt fortis caſpia proles.
Hinc ſunt Albani bellaces marte feroci,
Vnde canes nati ſuperant genus omne ferarum,
Magnus Alexander miſſum ſibi uiderat inde
Victorem Barriq; canem, rabidiq; leonis.
Poſt hos calcantes duriſſima rura Caduſi,
Et prope ſunt Mardi, ſequiturq; hyrcania plebes.
Hinc Apyri, per quos Mardus deuoluitur amnis.
Dercœbius bibit hunc præter bactrusq; fluentem,
Per quos hyrcanum currens deſcendit in æquor
Sed Bactri medijs habitant telluris in aruis
Parneſſum late prope montem rura tenentes.
Dercœbij uero ſub Caſpia littora uergunt.
Poſt hos Maſſagetæ, trans flumen Araxis ad ortum
Hoſpitibus ſæui cunctis belloq; feroces
Non bacchi donum, cereris nec munera norunt,
Sed lac commixtum potant cum ſanguine equino.
Hos iuxta Boream uergit Choraſmia proles
Sugdias hanc ſequitur rapidus quam diuidit Oxus
E modum montem, qui linquens caſpida rumpit.
Inde Sacæ nimium certis gens mira ſagittis
Flumen Iaxartem iuxta, quibus arua coluntur,
Et Tochari, Phruriq; & plurima milia Serum
Illis nulla boum, pecoris nec paſcua curæ,
Veſtibus utuntur, texunt quas floribus ipſi
Quos tenuant lectos diſcretis finibus ipſi.
Aſt alia Scythiæ gens eſt externa per arua

Quos propè sunt tristes uentis & frigore terræ'
Nanq; niues semper pulsant has grandine mixtæ,
Caspius his populus lustratur pontus & oris.
Aspice post colchos nunc, & post Phasidis undas
Occasum uersus populos in littore ponti
Euxini, damus hos usq; ad Chalcedonis ora
Bosphorus angustat scopulis quæ Trachius urgens.
Byzares primi quos iuxta terra Becchirum.
Macrones post hos pariter, Phyliresq; sequuntur.
Mossyniq;, domos præbent quis lignea tecta.
Turribus arboreis habitantes unde uocantur.
Hinc pecorum est diues nimirum gens tibarenum.
Hanc propè sunt Chalybes durissima rura colentes,
Quos labor exercet sæuus, ferriq; metalla.
Vicanos istis campos, terramq; patentem
Aßyrij complent populi, qua gurgite uasto
Inter amazonidas Thermódon martius amnis
Armenium linquens montem descendit in æquor.
Huc quondam Asopi deuenit alumna Synope
Ex qua cognomen cœperunt mœnia clara.
Illius fluuij rigidas propè frigore ripas
Inuenies lapidem crystalli pondere puro
Consimilemq; gelu, necnon splendore nitenti
Gemma micans illic perlucet Iaspidis albæ.
Iris continuo liquidus percurrit in æquor.
Post halys est fluuius Boreæ qui currit in ortus,
Atq; Carambidis irrumpit propè littora pontum,
Armenijs primas qui montibus accipit undas.
Paphlagones post hos, Mariandyniq; sequuntur

Bythyniq; uiri pinguissima rura colentes,
Qua Rhebas pulcher gratissima flumina uoluit
Rhebas qui rapidi decurrit ad hostia ponti.
Nam prius exposita scythiæ sunt semina gentis.
Nunc Asiæ regio contingens littora nobis
Dicitur, partes calidas decurrit ad austri
Atq; Hellespontum transit Syriæq; recessus
Poscit & Arabiam, quæ florent ubere terrræ.
Sunt Chalcedonij primi post hostia ponti
Mœnia Byzanti qui cernunt optima contra
Romanisq; pie regnis dominantia mundo.
Bebrycij post hos, & Mysia montibus alta,
Qua cius egregia decurrens murmurat unda,
Qua nymphas comitem perhibent rapuisse potentis
Alcidæ puerum tristissima fata gementis.
Hinc Hellespontum pertenditur angulus ingens
Qua breuior Phrygiæ pars est, nam latior intus
Sangarij ripis fluuij uicina rapacis,
Tenditur hæc potius titanis pinguis ad ortus,
Altera ad occasus altæ sub montibus Idæ
Altera quæ cecidit præclaro nomine terra,
Ad Xanthi liquidas necnon Simoentis ad undas,
Post hæc Aeoliæ tellus prætenditur oræ
Fluctibus Aegæi primis quæ tunditur alti.
Inde tenet terras pelagus propè sanguis ionum,
Per quas Mæander pinguis descendit in æquor
Inter miletum currens, latamq; Prienem.
Ad latus istorum boreum sunt mœnia clara
Vrbs Ephesus, claudit quam grato littore pontus.

Post has meoniæ tellus, quæ uergit ad ortus,
Et Tmoli colles, fluuius quibus aurifer exit
Pactolus, cuius propè ripas tempore uerno
Si sedeas, dulci capiaris pectora cantu
Cygnorum, pascunt quos herbæ flumine circum,
Nam florent Asiæ per campos plurima prata,
Sed magis ad fluuium Mæandri gurgite miti,
Quem iuxta uoluens se, murmurat unda caystri,
Post hos sunt lycij, quos xanthus diuidit amnis,
Ad mare uergentes qui tauri cornua cernunt,
Vsq; ad pamphylios perhibent quem nomine cragum
Illic aspicies aspendum, mœnia cuius
Eurymedon amnis radit uicina profundo.
Continuoq; iacent aliæ pamphylides urbes
Corycus Pergéq; calens, & celsa Phaselis.
Hos supra medijs habitant telluris in aruis.
Ad partes ortus, gens dura Lycaonis armis.
Post hos pisidum pinguissima rura coluntur
Termessus, Lyrbe nec non clarissima Selge
Gentis amyclææ pulcherrima mœnia quondam
Hinc sinus est longus alicum, qui uergit ad ortus
Euxini penetrans uicinas æquoris oras.
Hunc Asiæ peribent angustis partibus esse,
Cui tamen immenso fluuij se gurgite miscent
Per longum pyramus spacium pinarusq; uoluti
Flexilis & Cydnus, dirimitq; flumine Tarson.
Cui posuit nomen audacia Bellerophontis
Quando Medusæum ualuit frenare Caballum
Atq; in equo uolucri per sublimen aëra ferri,

Hinc Asiæ alicum sunt celsis mœnibus urbes
Lyrnessus malosq; simul uicina profundo
Atq; Soli medio terrarum fine sine locati
Commagena dehinc regio. Syriæq; sequuntur
Vrbes dispositæ per longi littora flexus.
Nam Casij montis, qua prominet ora per æquor
Vergit in occasus diffusis tractibus unda.
Nunc aliquas Asiæ partes tibi carmine pandam
Quadrati lateris qua clauditur undiq; forma
Et spatijs campos longis protendit in ortum
Scis etenim memorasse tibi, quod collibus altis.
Per totam medijs mons ingens tenditur actu,
Quod fines Asiæ nigros producit ad indos
Hoc esto laterum Boreum tibi, nilus ad oras
Hesperies finit, sed tethys solis ab ortu
Indica concludit, rubrum mare terminat austrum.
Aspice nunc igitur dum finem uersibus ortus
Peruenio retegens tibi ueris omnia rebus.
Incipiens Syriæ terris, qua parte reliqui
Quæ pelagus supra sub solem uergit ad austros,
Vrbibus & multis habitatur nomine prisco.
Quæ caua uulgatur, quam κοίλην nomine græco
Dixerunt ueteres media est quæ collib. altis
Ast humilem Libanus claudit protentus in ortum
Occasumq; petens casius, multisq; uirorum
Incolitur populis locupletibus alma diremptis.
Nanq; alij medijs habitant telluris in aruis,
Hos syrios proprie perhibent, sed littora iuxta
Phœnices uiuunt ueteri cognomine dicti,

Quos misit quondam mare Rubrum laudibus auctos
Chaldæo nimium decoratam sanguine gentem,
Arcanis'q; dei celebratam legibus unam,
Quod pelagus primi tentantes nauibus altis
Disiunctas gentes docuerunt iungere mercem
Et primi stellis numeros, nomen'q; dedere,
Atq; oculis mirum uoces sentire figuris.
Hi muros Iopes, Gazam'q; & Elaida complent,
Antiquam'q; Tyrum, Beryti & mœnia gratæ,
Vicinam'q; mari Byblim, Sidona'q; pulchram
Quam iuxta liquido Bostrenus gurgite currit,
Et pinguem Tripolin, necnon Orthosida, sacram
Laodicen pariter, positam propè littus amœnum
Et Posidi turres, & daphnes optima tempe
Hic etiam Antiochus nomen dedit Antiocheæ.
Terrarum medijs Apameæ mœnia claræ
Ad cuius partes eoas currit Orontes.
Antiochi medius dirimit qui gurgite regna,
Hæc omnis pinguis tellus est ubere læta,
Arboribus pariter, pecori'q;, & commoda uiti,
Ad cuius fines ueniens, quos terminat Auster
Arrabij cernes extremi littora ponti,
Qui Syriam medius disterminat Arabiam'q;
Et tangit uergens orientem uersus Elanos.
Diues arabs post quos latissima possidet arua
Quæ protenta diu cinguntur ab æquore Perso
Arrabio'q; ferit Zephyrus quod flamine sæuo
Persica nam flatus Aeoi littora turbant
Ora, sed hæc austro tendit subiecta per ortus

Fluctibus oceani pulsatur & undiq; Rubri.
Hanc quoq; describam tenui ratione recensens,
Pascere nam populos felices diuite terra
Floribus & uarijs miracula præbet odoris.
Nanq; Thyo Myrrhaq; uiget cum thuris odore
Et casia, necnon & cannæ dulcis odore.
Cinnama præterea iocundæ naribus auræ
Fertilis hæc generat tellus, auriq; metalla
Vestibus auratis quare gens utitur illa.
His pueros seruans molochites splendet arenis
Androdamasq; lapis compescens pectoris iras.
Sed Libani montis sunt post decliuia primi
Felices opibus Nabatæi nomine dicti.
Chalbasij post hos atq; Agrees, inde propinquat
Chatramis, atq; Sacæ, contra sunt persidis æquor
Minneiq; maris propè Rubri littora uiuunt.
Atq; Sabæ post hos, necnon habitant Cletabeni
Arrabiæ populi celebres hi nomine claro.
Sunt tamen & plures alij, nam maxima tellus.
Trans istam Zephyri sub partes degit Erembum
Speluncis genus infelix & rebus egenum
Qui solis radijs nigrescunt corpus adusti
Dispersiq; dolent lustrantes more ferarum.
Non arabis similes opulentis, scilicet æqua
Omnibus esse potest nunquam fortuna bonorum.
Post Libani montis populi sunt solis ad ortus
Alterius Syriæ, quæ tendit ad usq; Synopen,
Cappadoces medijs habitant in finibus. huius
Terminus assyrios, sed claudit ponticus ille

Thermodon, pelagi qua pulsat gurgite fluctus,
Cuius ab eoo decurrit limite uastis
Viribus Euphrates descendens montibus aspris
Armeniæ, longusq; noton pertendit & inde
Ad solem flexus Babylonis diuidit urbem,
Littora deinde ruens perrumpit persidis undæ
Extrema fluuij sub parte teredona radens.
Huius ad auroram ripis deuoluitur altis
Tigris, aqua superant quem flumina nulla rapaci
Sed tantum superat, quantum uix septimus ortus
Conficiat pedibus spatij properantibus ire.
Atq; lacum medius thonites intrat & exit
Nec uiolatur aqua, quamuis penetrabilis illa,
Ocyor, atq; uadis emergens cedit amaris.
Hoc tamen omne solum fluuius quod cingit uterq;
Indigenæ populi pro re dixere medamnem,
Quod medias amnes has terras flumine cingunt
Agricolis pariter pastoribus, atq; feracem.
Vbere nam læto florenti semina cuncta
Herbarumq; thoris, & gramina læta uirescunt,
Et uarijs rami complentur fructibus alti,
Gens quoq; præfulget claris in laudibus illa,
Nam peperit multos celsa uirtute potentes
Atq; adeo similes, Dis immortalibus illos
Quam iuxta Armenij putarunt aquilonis ad axes
Et fortis propè quos sæuit mauors Matieni
Quos propè concludunt Euphraten collibus altis
Montes diuitijs pariter, belloq; potentes,
Ad partes austri babylon, quam mœnibus olim

Mirandis posuit firmisq; semyramis urbem
Cuius in arce domum splendentem fecerat auro,
Quam simul argentum uarie decorauit eburq;
Hoc quoq; pingue solum palmarum diuite sylua,
Quod fert berylli munus pretiosius auro
Berylli lapidem liquidum, glaucáq; coloris,
Per loca quæ prorsus penetrant Ophiëtida petram
At supra babylona uides Aquilonis ad oras
Cissos messabatásq; chalonitásq; feroces.
Armenios montes si linquens ibis ad ortus
Medica noscetur tibi tellus, cuius ad axes
Geri sunt mardiq; uiri simul Atropateni
Ad noton inde habitant medorum rura tenentes.
Medea hinc fugiens dederat cognomina terræ
Hinc medi uarios usus nouere ueneni,
Quorum per multas spatium diffunditur oras.
Hæc generat narcassiten oriente sub ipso,
Qui lapis est fuscus, complent hanc undiq; syluæ
Inter quas homines pecuaria ditia pascunt.
Caspiadas tangunt portas, qui solis ab ortu
Rupibus hæc celsis Asiæ sunt claustra potentis.
Qua uia sub Boream duplex se scindit, & austrum,
Hæc regio persas, hyrcanos ducit, at illa,
Sub colles imos habitant, post caspia claustra
Martia gens parthi, telis arcúq; potentes,
Viuere qui spolijs gaudent, raptúq; superbo.
Quapropter, bellis homines uexantur in orbe,
Atq; optata perit multo pax sanguine mundi.
Post hos est persis circundata montibus altis

Assiduis florens regnis, & diuite censu.
Ex quo perdomuit lydorum mœnia sardis
Cingitur excelsis hæc undiq; collibus omnis
Ad uergens austros post caspia claustra petensq;
Quod proprio pelagus celebrat cognomine latum
Atq; tripartitis habitatur finibus illa.
Nanq; colunt alij rigidæ sub partibus arcti
Terras quas medi nemorosis montibus umbrant,
Ast alij mediæ uiuunt regionis in aruis
Littora postremi tangunt australia persæ
Prima parte Sabæ, medijsq; Pasargada, post hunc
Tascorum telis habitat gens fortis & arcu.
Quinq; tenent populi diuisos persidis agros,
Amnibus hæc multis recreatur et ubere pingui
Hinc choros immensus profunditur, inde Choaspes
Fonte cadens indo, qui stringit gurgite Susa
In cuius ripis præclarus fulget Achates
Pondere consimilem quem proterit unda Cylindris
Fertilis hæc tellus fœcundis pascitur auris,
Nam uentis semper florescunt rura secundis,
Hæc eadem gemmis nimium decoratur honestis,
Quarum quis uarias uires? quis nomina dicat?
Tecolithum memorem iusto cognomine dictum
Qui lapides renum tritus, potusq; resoluit,
Myrrhitenq; bonum nardi cum reddat odorem,
Hic est Aetites sonitum cui spiritus addit
Arcanum crepitans prægnantibus utilis ægris
Necnon Pyrrhites, digitos qui strictus adurit
Gemmaq; quæ radios emittit candida solis

Atq; selenites lunaris imagine lucis,
Quod decus & minuit proprij splendoris & auget.
Respice nunc reliquas Asiæ sub finibus oras.
Persidis ad pontum carmani solis ab ortu
Littora pars habitant, mediæ pars limina terræ,
Gedrosi post hos tendunt orientis ad ignem
Oceanum iuxta radijs propioribus inde
Est scythiæ tellus australis flumen ad indum,
Qui ponto rapidus rubro contrarius exit.
Gurgite nam celeri rectus decurrit ad austrum,
Caucasijs oriens primum de montibus altis.
Diuidua cuius Patalene cingitur unda
Separat innumeras & uasto gurgite gentes.
Ad partes rapidi qua uergunt lumina solis
Oritas Aribasq; simul liniq; arachotas
Vtentes Chlenis, atq; Atraidas simul omnes
Parnasi montis sub celsa rupe arienos
Nomine communi, qui terras ubere nullo
Florenteis habitant, squallent nam sentibus aspris
Curalij lapidem, qui rubrum littore carpunt.
Sapphiriq; decus nigri, flauijq; coloris
Saxorum cædunt uenis, ac merce beati,
In quorum terras hinc tethyos æquora claudunt
Quas primo Titan ascendens lumine cernit,
Vnde color populis niger est flagrantibus ortus
Atq; gerunt similis hyacintho fronte capillos.
Effodiunt alij terras, auriq; metallum.
Ast alij texunt tenuissima tegmina lini,
Vel dentes stringunt elephantis ab ore reuulsos,

Scrutantur ripis alij torrentibus imbri,
Berylli gemmas glauci, nitidumq; adamanta.
Atq; aura uiridi legitur, quæ splendet iaspis.
Curalijq; decus liquidi, gratiq; topazi
Purpureoq; amethystos inest suffusa colore.
Diuitias magnas sic tellus illa ministrat.
Assiduis rigant hanc totam fontibus amnes
Arboribusq; uiget uarijs milioq; frequenti.
Et pretio rubræ perfloret arundinis illa.
Hinc alij superant procero corpore tantum
Insiliant ut more equitum fiacles Elephantis,
Ast alij uiuunt sapienti pectore nudi
Luminibusq; uident rectis mirabile solem
Et radios oculis & sacra mente retractant
Signaq; concipiunt arcana luce futuri,
Psittacus hic uiridi decoratus torque rubenti
Nascitur, humanæ simulat qui uerbera linguæ.
Nunc age te fluuios montes formamq; docebo,
Ipsius terræ populos, gentesq; beatas.
Marginibus ternis tellus hæc clauditur omnis
Obliquatq; latus per cunctas linea partes.
Hesperios fines immanis terminat Indus,
Ad notios pelagus concludit gurgite rubrum,
Sed Ganges ortus et caucasus excipit arctum.
Hanc homines habitant multi ditesq; colendam
Nominibus uarijs discreti, & finibus amplis.
Dardanees ripas contingunt fluminis Indi
Hic ubi præcipitem scopuli fundunt Acesinem
Huncq; capax classis uenientem uoluit hydaspes

Tertius hos

Tertius hos ſequitur ſplendenti gurgite Cophes.
Toxilus inter quos habitat cum gente Sabarum
Hinc Scethri poſt hos ſunt, Peucaleiq; feroces.
Gangaridæq; truces, auri qua pondus onuſtum
Deuoluens, hypanisq; trahit, rapidusq; megarſus
Quos capit emodo miſſos Gangetica monte
Tellus, porrigitur quæ ad terræ Colidis auſtros
Oceani tangens pelagus ſub collibus altis
Quos uolucres metuunt celeri contingere penna
Vnde locis graij poſuerunt nomen Aornin
Hic uia quæ nomen celebrat Niſæa Lyæi
Cui Stelas dederat uictoria finibus illis
Hic Tylos eſt ſuperans uaſtæ miracula terræ
Inſula, nanq; uiret cunctis in partibus anni
Nec folijs nudat ramos autumnus in illa.
Aſſidueq; tenet flores genus arboris omne.
Hic fulget lymphata adamas, qui pectora ſanans.
Et prohibens miſeris oculti damna ueneni,
Quem minime ualeat ferrum ſuperare nec ignis,
Frangitur hircino maceratus ſanguine tantum,
Sed tepido, fractis multis incudibus ante,
Hic iuxta poſitus Magontini uiribus arcet
Ad motum retrahit defendens robore muro.
Hic Lychnis lucem ſimulat ſplendore lucernæ
Hinc meruit nomen præclaro nomine dignum.
Tot ſunt per terras uulgatæ nomine gentes,
Nam reliquas quæ mens ualeat mortalis in orbem
Diſperſas, numerare tibi ſine numine magno?
Quod bene diſpoſuit terras, pontiq; profundum,

Syderibus uarijs decorans cœlestia templa,
Et multis recreans, uarijsq; coloribus arua,
Munera per populos tribuens diuersa uirorum.
Sed uos terrarum tractus gaudete per æuum,
Et quæcunq; mari circundatur insula uasto,
Oceanusq; simul, necnon penetrabilis unda,
Quam gremio tellus sinuoso suscipit alma,
Et montes, fluuij, atq; lacus, quos continet orbis,
Nam pelagi partes percurri carmine uastas,
Et terræ pariter regiones finibus amplis,
Omnipotens pro quo genitor mihi præmia donet.

FINIS.



* a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z A B C D E F G Omnes quaterniones præter * & G duernionem.

VENETIIS IN AEDIBVS
ALDI, ET ANDREAE
SOCERI MENSE
OCTOBRI M.
D. XVIII.

G ij

